opa iusticie nec etiã pietati. p̃. Coꝝ. xiij
Si distribuero in cibos pauperum oẽs
facultates meas etsi tradidero corpus
meum ita vt ardeam caritatem autem
nõ habuero nihil mihi prodest (hec q̃z
est lex pro delicto) per hanc hostiam pe
nitencia designatur per q̃m delictum ex
piatur ⁊ de hac hostia dicitur ꝙ sacer/
dos eam offerens comedat ipaz. hec ãt
hostia a sacerdote noue legis offert̃ qñ
peccator i foro conscie ab eo vere peni/
tẽs iudicatur ꝫ tunc ab ipo comeditur
quãdo per absolutionem debitam pec/
catorum cristo reconciliatur ⁊ iterum
ei incorporatur sicut Act. decimo dicit̃
surge petre occide et manduca

Capl'z. vij.

Hec est lex hostie pacificorum si
per gratiarum actione ⁊c̃) hec
autem hostia eukaristiam figu
rauit ⁊ hic ponuntur quinqꝫ modi pa/
nũ per quos figuratus fuit vnus panis
viuus ⁊ perfectus qui de celo descendit
sicut vnum perfectum per plura im/
perfecta vt supra dictuz est caplo. ij. hũc
autem panem offert sacerdos gratus
de beneficijs a deo sibi collatis deuote
celebrando. et homo non sacerdos si
per gratiarum actionẽ pro beneficijs si
bi collatis facit. sacerdotem celebrare ⁊
similiter pauper non habens vnde hoc
faciat nihilomin⁹ hunc panẽ offert suo
modo missam deuote audiendo. ⁊ ali/
quando plus proficit sibi q̃m sacerdoti
celebranti hic autẽ panis dicitur cõsꝑ
sus oleo. nam gratia dei que per oleum
d̃signat̃ confertur ⁊ largitur in hoc sa
cramento ꝓpter qd̃ noiatur eukaristia
.i. bona gratia Cum panibus autez
predictis offerebatur animal immolati
cium qd̃ patet ex hoc qd̃ sequitur (Cu
ius carnes eadez comedentur die) ⁊ ꝑ
hoc significabatur ꝙ sub specieb⁹ pais
vera caro cristi continetur sic̃ ipe dicit
Jo. vi. panis quẽ ego dabo caro mea ẽ
pro mundi vita cuius effectus suggerit̃
fide caritate formata que non cõpatit̃
secum mortale peccatum ideo subditur
(Qui fuerit mundus vescetur ea ⁊ non
alius) quia scribitur p̃. Coꝝ. xi. probet
seip̃m homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ d̃
calice bibat qui eniz manducat ⁊ bibit
indigne iudicium sibi mãducat ⁊ bibit
non dijudicans corp⁹ domini Notã/
dum autem ꝙ hostia pacifica in tres ꝑ
tes diuidebat̃. nam totus adeps in ꝑtẽ
domini cedebat ⁊ ad eius honorez suꝑ
altare cremabatur. pectusculũ ⁊ armus
dexter erant sacerdotis offerentis reli/
que vero carnes cedebant in vsũ illorũ
pro quibus hostia pacifica offerebatur
vt patet ex sequentibus ⁊ per hec signi/
ficabatur ꝙ sacramẽtũ eukaristie p̃mo
et p̃ncipaliter ad honorem dei offertur
Secũdo ad bonum sacerdotis celebrã/
tis. Tercio ad bonum illorum pro qui/
bus offertur.

Capl'z. viij.

Locutus que ẽ domin⁹ ad moy
sen ⁊c̃) In hoc capitulo agitur
de induitõne aaron et filiorum
eius vestibus suis et eorum consecratio
ne eo modo quo precipitur supra Exo.
xxviij. ⁊. xxix. et ibi posite fuerunt exposi
tiones mistice ꝓpter quod non oportet
eas hic repetere sed ibi recurrat qui vo
luerit videre. tamen in fine huius capi/
tuli vnuz additur cũ dicitur (de hostio
quoqꝫ tabernaculi non exibitis vij. die/
bus) septenario dierum totum tempus
reuoluitur per hoc ergo ꝙ sacerdotes
vij. diebus sue consecrationis in taber/
naculo debẽt manere significatur ꝙ sa
cerdotes noue legis toto tempore vite
sue recedere non debent a sanctitate vi/
te vnde dicitur Luce. ix. Nemo mittens

manū ad aratrū ⁊ respiciēs retro ap
tus est regno dei

Capl'm.ix.

Dixit q3 ad aaron ꝛc.)post con
secratiōem aaron ⁊ filioꝝ eius
hic ɔsequēter ponitur executō
sacerdotalis officij in qua aaron primo
obtulit sacrificium pro pcc̄o suo cū dici
tur(statim q3 aaron accedens ad altaē
imolauit vitulū pro pcc̄o suo)ꝑ quod si
gnificatur ꝙ sacerdos noue legis acce
dens ad altare p̄mo dz ɔfiteri se pecca
torem esse ꝓpter quod dicit Cōfiteor i
p̄ncipio misse.ꝑ vitulū āt imolatuz itel
ligitur ip̄e cristus cui⁹ sanguine mūdāt̄
ɔscie nostre hebre.nono.Sanguis xp̄i
emundat ɔscias nostras ad seruiēdum
deo viuenti(Carnes vero et pellem ei⁹
extra castra combussit)quia cristus
extra ierusalem passus fuit vt habetur
Johannis.xix.⁊ hebre. decimo tercio
(Immolauit et olocausti victimā) scz
arietem qui significat xp̄m eo ꝙ crist⁹
est dux fidelium sicut aries est ouium (
et pro peccato populi offerēs mactauit
hircū)qui est animal fetidum ad signi/
ficandum peccati cōis grauitatem.nā
sicut bonū q̄nto est cōius tanto diuini⁹
sic pcc̄m q̄nto est cōius tanto est peius
ceteris tñ paribus (imolauit ⁊ bouem
atq3 arietē hostias pacificas populi)scz
ꝓ grārum actione ex sacerdotū ɔsecra
tione Nam magnū bonuz est populi qñ
sacerdotes sunt boni qꝛ medij sunt iter
deum ⁊ populuz ideo subdit̄(⁊ extēdēs
manū circa populuz).s.aaron(benedi
xit ei).s.imp̄cando bona populo ⁊ mul
to forci⁹ sacerdos noue legis debet bo/
na populo sibi subdito imprecari(Et e/
gressus ignis)ꝑ hoc designatur ꝙ grā
spūssci qui suꝑ apostolos in specie ignis
apparuit datur populo xp̄iano ꝑ bene
dictiones ⁊ orōnes pōtificum ⁊ etiā sa/
cerdotum.

Capl'm.decimum

Arreptis q3 Nadab ⁊ abiu filij
aaron thuribulis ⁊c̄)per istos
offerentes ignem alienū coraz
dn̄o figurati fuerūt sacerdotes noui te
stamenti qui cum igne cupiditatis vel
luxurie ministrant in altari ꝓpter quod
percutiuntur morte culpe postea percu
cientur morte gehēne quia grauiter ni/
mis peccant vnde dicit Jero.in sermōe
quodam ¶ Dic sacerdos dic clerice q̄d
tibi cuz feminis qui quotidie ad altare
cū domino confabularis quō eisdez la
bijs deoscularis filium virginis quib⁹
deosculatus es filiā meretricis o Juda
osculo filium hominis tradis per h̄ āt
ꝙ vestes nadab ⁊ abiu remanserunt in
tacte significatur ꝙ in noua lege res sa
cre ex abusu malorum sacerdotum nō
sunt contaminate per hoc autem ꝙ na
dab ⁊ abiu extra castra fuerunt sepulti
significatur ꝙ mali sacerdotes noue le/
gis a sanctorum consorcio sunt exclusi
et cum diuite epulone sepeliendi d̄ quo
dicitur Luce.xvi.Mortuus est diues et
sepultus est in infernū (Dixit q̄z domi
nus ad aaron vinū et omne qd̄ inebria
re potest non bibetis quando intrabitis
tabernaculum testimonij)per hoc oñ/
ditur quanta sobrietas in sacerdotibus
noue legis requiritur.nam tabernacu
lū illius temporis non fuit nisi vmbra ⁊
figura eccl'iastice dignitatis.

Capitulum vndecimū

In hoc capitulo agitur de cibis
mundis et immundis secūdū
legem circa quod sciendum ꝙ
sicut dicitur p̄.Thi.iiij.Omnis creatu
ra dei bona ⁊ nihil reijciendum ꝙ cum
gratiarum actione percipitur.et ad ty/
tum p̄mo omnia munda mundis ⁊ iō
ꝙ aliqua animalia dicūtur hic immū/
da vel pisces vel aues rationes mistice
sunt quia figurant aliqua viciosa que
sunt a nobis euitanda et econuerso ali/
qua dicuntur munda quia figurant a/
liqua virtuosa que sunt nobis incorpo
randa Generaliter autem de gressi
bilibus anialibus illa dicuntur munda
que diuidunt vngulaz et ruminant Im
munda vero dicuntur que carent v/
troq3 vel altero Per diuisionez vngule

discretio boni q mali designatur per ru
minatõez vero que est reductio cibi ad
superiorem gutturis partem significat
applicatio boni p̃cogniti ad opatiõem
q vtrũqz requiritur ad opus virtuosuz
quia discretio non valet sine opatione
nec aliqđ opus bonum est sine discreti
one Preter autem hanc regulam ge
neralem aliqua dicuntur immunda qz
significant aliqua vicia specialia vt ca
melus quia significat supbiam ꝓpter
gibbũ quem habet super dorsum q ciro
grillus terrenam cupiditatem eo qꝺ in
terra habet habitatiõem . q lepus quia
significat timorem irrõnabilem . q sus
quia significat luxuriam ꝓpter sui im
mundiciã de piscibus autem illi dicunt
mundi qui pennales q squamas habẽt
nam per pennales designatur contem
platio celestium q p̃ squamas que sũt
aspere mortificatio motuum carnaliũ
Carencia vero istis immunda dicũtur
de auibus autem dicũtur immũda que
sequũtur aquila que dicit rex auiũ q vi
uit de preda ideo significat rapinã potẽ
tum. grifes qui volat q pedibus gradit
ideo significat rapinã malicõsequ sb spẽ
liciti rapiencium bona simpliciũ. aliet9
qui rapit pua ideo significat rapinã of
ficialium qui non possunt rapere tã ma
gna sicut domini eorum . milu9 qui pul
tronum . vult qui sequit exercitũ vt pas
catur carnib9 occisoruz significat illos
qui mortem desiderant aliorum aialia
corumi generis illos significãt qui que
runt carnalia discurrentes extra clau
strum sub habitu religionis strucio qz
cum sit auis tamen volare nõ põt figni
ficat religiosum negocijs secularib9 im
plicatum. nicticorax de nocte videt q nõ
de die ido significat astutos in tpalib9
q in spiritualibus hebetes. lar9 in aere
volat q in aquis natat ideo significat q̃
rentes vitam voluptuosam sub specie c
templatiue. accipiter ꝺseruit hoibus ad
p̃dam animi q ideo significat illos qui
raptoribus p̃bent misterium. bubo. qui
de nocte pastuz querit q de die se absco
dit significat luxuriosum . vnde dicitur

Job xxiiij. oculus adulteri obseruat ca
liginem ꝛc̃. mergul9. qui in aquis mer
gitur significat gulosum qui se mergit
in aquis voluptatum . ibis serpentibus
pascitur significat inuidum qui delecta
tur in malis aliorum . cign9 candidus ẽ
q longo collo et rostro cibum trahit de
aque p̃fundo ꝓpter quod ipocritam si
gnificat qui candorẽ sanctitatis ostẽtat
exterius sed questum intendit interius
onocrocalus qui semper est famelicus
significat auaruz qui semp̃ anhelat ad
magis adquirendum . vnde dicit poeta
crescit amor numi qñ pecuia crescit. por
phirio omnem cibum suum aqua tãgit
q significat hominem singularẽ qui ni
hil vult facere nisi qđ tangitur aqua p̃
prie voluntatis herodion . i. falco veloci
ter volat ad interficiendum alias aues
ideo significat homines p̃nos ad effũ
dendum sanguinẽ humanũ . caradrion .
auis est garrula ꝓpter quod significat
pseudoz loquacem . vpupa . in stercoribꝰ
nidificat . ideo p̃manẽtes i fetore luxurie
designat Gregi . i stercore putrescẽ q i fe
toẽ luxurie vitã finiẽ vesptilio volat cir
ca t̃rã ideo noticiã significat sola t̃rena
querẽtem Volatile quadrupes dicitur
immũdum quia significat abusum qua
tuor euangeliorũ munda tamen dicunt
que habent crura retro longiora p̃ que
saliunt quia significant homines a tali
abusu per veram penitenciã resilientes

Capl̃z. xij.

Hic agit de immũdicia q emun
dationẽ puerpere per quam si
gnificatur mens humana que
tunc p̃t quando aliquid p̃cõceptũ exte
rius p̃ducit. Iste vero concept9 potest
esse dupliciter vno modo ex instinctu spi
rituſsancti q tũc mens humana p̃t bo
num opus quo non polluitur ipa mens
sed magis sanctificatur . Alio modo ex
instinctu spiritus maligni . q tunc p̃t o
pus maluz quo mens polluitur hoc ta
men opus potest esse maius peccatum
vel minus si sit magis significatur per
ptum femine quo mulier pariens ma
gis pollui dicitur si autem minus signi
ficatur per partuz masculi quo vir dici

tur min⁹ pollui ab vtroq3 tamē pecca
to emundatur mens humana per obla
tiōez agni turturis ⁊ columbe vt dicit̄
ī litera. Agnus autē qui est animal sim
plex moraliter offertur quādo humane
menti peccatum ꝑpetratum vere displi
cet et nō assilatorie tātū Turtur autez
qui habet gemitum pro cantu tūc offer
tur quando pcc̄z non solū vere displicz
ꝫ et mēs acriter gemit ⁊ dolet. Colum
ba vero que spiritūscm̄ in baptismo xp̄i
rep̄sentauit tunc offertur quādo ꝑ san
ctispūs grām peccatrix aīa reformatur

Hic agitur de immūdicia lepre q̄
triplex hic describitur. s. in hoibus
in vestib⁹ in domib⁹ et hec tercia ponit̄
capitulo sequēti Scd̄m doctores catho
licos per leprā ītelligitur falsa doctrina
hereticorum in moribus vel in fide ⁊ iō
scd̄m ip̄os leprosi dicūtur qui de nume
ro sūt ecclesie ꝫ varias sequūt̄ macl̄as
erroris igit̄ leprā in carne ⁊ cute incur
rer̄t manichei qui verā carnē in dn̄o ie
su xp̄o negauer̄t fuisse q̄ꝝ aliq̄ dixerūt
ip̄m carnē tm̄ phātasticā hūisse Alij v̄o
dixer̄t hūisse carnē celestē ⁊ isti īcurrer̄t
leprā ī vulnē qꝛ negauer̄t xp̄z fuisse pas
sum natura eni celestis est impassibilis
Leprā āt in capite incurrer̄t arriani d.
xp̄m non esse deum ꝫ purā creaturam
dicit̄ eni. i. Coꝝ. xi. Caput xp̄i de⁹ ꝓpt̄
qd̄ in capite patit̄ leprā qui negat cristi
deitatē Capilli et barba sunt ad decorē
humane nature ꝓpter quod leprā in ca
pillis ⁊ barba incurrerūt heluidi⁹ ⁊ sui
sequaces q̄ decorē virgitatis btē marie
q̄ꝫtū in ip̄is fuit fedauerūt d. ip̄az post
xp̄i natiuitatē a ioseph ei⁹ sponso fuisse
carnaliter cognitam ⁊ de ip̄o filios ge
nuisse qui in euāgelio xp̄i frēs noiantur
ꝑ hoc āt qd̄ subdit̄ (q̄cūq3 ergo macu
latus fuerit lepra ⁊ sep̄at⁹ ⁊c̄.) significa
tur qd̄ heretic⁹ ē ab eccl̄ia ꝑ excōicatō
nē sep̄and⁹ ꝑ hoc āt qd̄ sb̄ditur (hēbit
vestimenta dissuta) significat̄ ꝙ hereti
c⁹ scindit fidei vnitatē ꝑ h̄ qd̄ sb̄dit̄ (os
veste ꝯtextū) significat̄ ꝙ heretic⁹ do
cere ꝓhibet̄ Lep̄ v̄o vestis significat
exteriora signa heresis q̄b⁹ heretici vni⁹
secte mutuo se ꝯgnoscūt ⁊ ab alijs igno
rant̄ ne ī suis maleficijs capiant̄ Per
lepram domus significatur locus occl̄
tus in quo ꝯueniunt heresiarche cum
discipulis suis ad simplices sb̄uertēdū
⁊ talis locus cum ecclesie notificatus
fuerit est totaliter sb̄uertēd⁹ Ca. xiiij

In hoc capitulo agitur de leprosi emun
datiōe ꝑ quā significat̄ reuersio ab he
retica p̄uitate vbi primo d̄scribit̄ sacer
dotis diligens inq̄sitio cū dicit̄ (q̄ egres
sus d̄ castris cū īuenerit lepraz esse mū
datam ⁊c̄.) per quod designat̄ ꝙ prela
tus debet reuertentē ab heresi diligent̄
examiaē de fide et eccl̄iastic̄l. sacramētl.
etsi inuenerit eum fideliter credentē p̄ci
piet ei vt offerat duos passeres viuos ⁊c̄
per quos intelligunt̄ corpus ⁊ spiritus
quos talis reuertens offerre debz dn̄o
in obsequiū fidei xp̄iane ⁊ vn⁹. s. ille per
quem significat̄ corp⁹ īmolari debet ꝑ
carnis mortificatiōez (sup̄ aq̄s viuētes
). i. baptismales per qd̄ significat̄ ꝙ dz
oēm heresim abiurare ⁊ ali⁹ passer ꝑ
quē significat̄ spūs dimitti debet vt libē
auolet ꝑ qd̄ significat̄ celestiū medita
tio cui reuertens ab heresi dz intendere
d̄cetero scd̄m illud phil̄. tercio nr̄a eni
ꝯuersatio in celis est (Radet ōnes pilos
corpis sui ⁊ lauabit̄ aqua) ꝑ hāc rasio
nē significat̄ resecatio oīz circūstāciaꝝ
heresis ꝑ lotionem v̄o corpis ⁊ vestiū
pura et ꝑfecta cōfessio designat̄ (assu
met duos agnos īmaculatos ⁊ ouē an
niculā ⁊c̄.) ꝑ ouē āniculā significat̄ ītel
ligēcia q̄ ꝓ pcc̄o p̄cedēti dz ī obseq̄um
d̄i captiuari ꝑ duos agnos ītelligūt̄ vo
lūtas ⁊ memoria qꝛ volūtas offerri dz
ī olocaustū ꝑ incēdiū caritatl. ⁊ memo
ria recolēdo gratāt̄ bn̄ficia dīne largi
tatl. dz ec̄ offerre similā q̄ ē farina tritici
purgatissīa ꝓpt̄ qd̄ significat puritatez
ꝯscie ⁊ oleū qd̄ significat opa mīe (tāgz
q3 extremū auricl̄e dextre ⁊c̄.) ꝑ h̄ ꝙ sa
cerdos tāgē dz auriculā ei⁹ q̄ mūdat̄ ⁊
pollices man⁹ ⁊ pedis dextri significat̄
ꝙ reuertēs ab hēsi dz de cetero obediēs
eē eccl̄ie ei⁹ mādata audiēdo qd̄ signifi
cat̄ ꝑ tactū auris ⁊ ope adiplēdo qd̄ si
gnificat̄ ꝑ tactū man⁹ q̄ ē organū orga
noꝝ vt dr̄ iij. de aīa ⁊ ꝙ ꝓcedet de bō

ſcdm illud ps.lxxxiij.ibunt de virtute i virtutem videbitur deus deorū in ſyon q talis ꝓceſſus de bono in melius per tactū pedis ſignificatur. Capm.xv.

VIr qui patit fluxū ſeis qc.)Se cūdum dictum ſaluatoris luc. viij.ſemen eſt verbuz dei vir igi tur ſeminiſtu⁹ eſt doctor theologus vel ꝑdicator curioſus q vane glorioſ⁹ x̄ba multiplicans ad ſui oſtentatiōez vel ad queſtum q non ad vtilitatem audienci um(omne ſtratū in quo dormierit im/ mūdum erit)per hoc ſtratum intelligi tur fauor q laus hoim in quo tanq̄ in lecto talis doctor vel ꝑdicator quieſcit (q vbicunq; ſederit)nā talis doctor vel ꝑdicator ſedet in cathedra peſtilencie (Si q̄s horz tetigerit lectū ei⁹ qc)ꝑ tāgē tē lēz ei⁹ q ſedētē in ei⁹ loco itelligūt illi q̄ fouēt eum in ſuo malo (ſi ſaliuam qc)per ſaliuam eius que dicitur infectiua intelligitur verbū maluz egrediens ab ore eius doctor enim vel predicator qui intendit vel queſtuz vel fauorē hominū freqūter cum bonis que dicit ꝓrūpit in mala x̄ba q inhoneſta.nā ex abūdācia cordis os loquit Math.xij.caplo (vas fictile)intelligit auditor ad malū ꝓn⁹ q ideo ſi doctrina talis doctoris in cor/ de tangatur ita corrūpet de cōi curſu ꝙ ad nihilū valebit vltra qđ ſignificat ꝑ hoc qđ dicit (Cōfringetur)(vas āt ligneū lauabit aqua).i.ſi auditor nō ſit ita ꝓnus ad malum.ꝙ per eius doctri nā corrūpatur.tñ ex ea peiorabit q ſic i diget lotione ꝑ cōtritiōem q ꝓfeſſiōem q ſic exponit in alijs in quibus ſit men/ tio de lotione(Si ſanat⁹ fuerit qc.)hic agitur de emūdatiōe dicti doctoris vel ꝑdicatoris mali nam durāte ſtatu pñti. vite nullus eſt ita malus quin reuerti poſſit ad ſtatū gratie ideo ſubdit(Enu merabit ſeptem dies poſt emūdatiōem ſuam)emundatio iſta fit per verā q per fectā ꝓtritiōem per.vij.d.intelligūt vij. dona ſpiritusſancti.que cum gratia iſtū duntur q ordine nature veram ꝓtritio/ nem ſequūtur.quia tamen vere ꝓtritus q ſanat⁹ ꝓfiteri tenet iō ſubditur (q lo tis veſtib⁹ et toto corpore)per qđ intel ligitur pura confeſſio q̄ſtuz ad peccata q̄ ſignificanť per corpus q circūſtantias aggrauantes q̄ ſignificantur ꝑ veſtes (Octauo die ſumet duos turtures) .i. immediate poſt confeſſionē incipiet ſatiſ/ facere per opera penitēcie q̄ ſignificanť per turtures ꝑ cantu gemitum habētes et bene dicitur duos turtures . nā opa pnie non valent niſi fiant ex caritate q̄ ꝑ binarium ſignificať ꝓpter geminam dei q ꝓximi caritatem(vir de quo egre ditur ſemen coitus lauabit aqua omne corpus ſuuz)ꝑ tale ſemen qđ eſt im mū dum intelligitur verbum maluz ſcurri le q inhoneſtum ꝑ lotionem totius cor poris intelligitur mentis emūdatio aq̄ ꝓtritionis q confeſſionis(veſtem et pelleꝫ q̄m habuerūt lauabit).i. conuerſatiōem ſuam exteriorem meliorabit (Mulier q̄ redeunte menſe patitur fluxum ſangui/ nis)per ſanguinem aūt intelligitur pec catum mortale ps.li.libera me de ſan. deus.d.ſa.mee.per mulierem igitur ſic pacientem intelligitur homo mollis et effeminatus q inſtabilis qui frequenter peccat mortaliter et penitet et iterum recidiuat (ſeptem diebus ſepabiť) quo niā ſeptenario dierz totū tempus reuol uitur ideo per ſeptem dies itelligiť totū tempus quo talis ſubiacet peccato q to to illo tempe immūdus eſt q euitādus ab alijs ne peccato eius inficiant iō ſub ditur(oīs qui tetigerit eam immundus erit)per talem enim tactum intelligiť aliqua coīcatio mala cum tali peccato/ re (Mulier que patiť multis dieb⁹ qc.) per hanc intelligitur hōmo mollis q ef feminatus in peccato ſuo pſeuerans q toto tpe illo immūdus eſt et euitandus ab alijs ne eius peccato inficiātur (Si ſteterit ſanguis qc.).i.ſi peccatuz ceſſa uerit ꝑ verā q pfectā ꝓtritiōez(enume/ rabit ſeptē dies qc.)exponiť ſicut ſupra codē caplo vbi dr enumerabit vij.d.qc

Capitulum.xvi.

LOcut⁹ q̄ eſt dñs qc.)hic agitur de ingreſſu ſūmi pōtificis i ſcm̄ ſcōz in die expiatiōis q̄ erat di es decimaſeptimi mēſis.Allegorice x̄o per hunc ingreſſū figurat⁹ fuit ingreſſ⁹

xp̄i in ip̄m celum nō in alieno sanguine
sicut pōtifex legi intrabat ꝫ ꝑ ꝓpriū san
guinē sicut exponit aplus Hebre.ix. Et
qm̄ ip̄e crist⁹ sicut est sacerdos nr̄ ita est
et hostia ꝓ nobis imolata ⁊ nō hostia
q̄cunqꝫ. ꝫ hostia ꝑfectissima iō figura/
tus fuit ꝑ plures hostias pontificis le/
galis hic positas sicut vnū ꝑfectum ꝑ
plura imꝑfecta. s. ꝑ vitulū arietē ⁊ hir/
cū cui⁹ rō est. qꝛ vitul⁹ est bos ꝓpter for
titudinē ad labores sustinēdum. in iuuē
tute ꝟo sua. i. in puericia sua labores su
stinuit in ꝑsecutōe herodis. nā tūc por
tat⁹ fuit in egiptum ꝑ viā longā ⁊ aspe
ram tūc etiā mortē imo multas mortes
vt sic liceat loqui q̄dāmō sustinuit. naꝫ
in q̄libꝫ puero ab herode occiso q̄rebat̄
⁊ sic in eo quodāmō occidebatur et sic
patet ꝙ figuratus fuit per vitulū imo/
latum sil̄r ꝑ arietē naꝫ ip̄e dux est fideli
um sicut aries ouium ⁊ pro ip̄is imola
tus fuit sicut ip̄e dicit Jo.x. Aiam meā
pono ꝓ ouib⁹ meis sil̄r per hircū ꝓpter
silitudinē carnis pcc̄i. in hac autē obla
tiōe fuit duplex hirc⁹. vn⁹ imolat⁹ in ta
bernaculo. alius emissus in d̄sertū a fe
ris deuorādus ⁊ ꝑ vtrūqꝫ fuit xp̄s figu
rat⁹. nā passus fuit in ciuitate ihrl̄m in
qua erat templū flagellatōe ⁊ spinee co
rone ipositione. et etiam extra ciuitatez
crucifixione Moraliter āt per ingressū
summi sacerdotis scm̄ scōrum significa
tur accessus sacerdotis. noue legis ad of
ferendū cū in altari qui est scūs scōruꝫ
d̄ q̄ sacerdote dicit̄ h̄ ꝙ p̄mo dꝫ lauari
. s. ꝑ verā ɔfessionez deinde vestiri ⁊ pri
mo q̄tuor ornamentis coib⁹ pōtifici et
alijs sacerdotibus. Scd̄o in ɔsūmatio
ne sacrificij q̄tuor alijs summo sacerdo
ti ꝓprijs Que ꝟo sint ista ornamēta et
q̄ moralis eorū significatio dictū est sup̄
Exo.xxviij. oblatio ꝟo hui⁹ sacerdotis
est ip̄e xp̄s in sacramēto eukaristie con
tent⁹ qui figurat⁹ fuit per vitulū arietē
⁊ hircū sicut supi⁹ est exp̄ssum

Capl̄m.xvij.

In hoc capl̄o cū dicit̄ hō quilibet de do
mo isrl̄ si occiderit bouē ⁊c̄.) nō ꝓhibe
tur q̄libet occisio aīalis ꝫ illa que fit ꝑ
modū sacrificij vel oblatiōis q̄ ꝓhibita
fuit fieri extra locū a deo determinatū
qui p̄mo fuit tabnaculū moysi postea
ꝟo templū salomonis ⁊ ꝑ vtrūqꝫ figu/
rata fuit eccl̄ia extra q̄m nō est licituꝫ
fieri sacrificiū sicut faciūt heretici ⁊ sci/
smatici (Sāguinē vniuerse carnis non
comedet. ⁊c̄.) ꝑ hāc ꝓhibitiōem mora
lit̄ itelligit̄ ꝓhibitio detractōis i q̄ ɔme
dit̄ sāguis aīaꝝ ⁊ sil̄r hoīcidij ꝑ qd̄ effū
dit̄ sanguis corporū ⁊ sic tradit̄ auib⁹
⁊ bestijs ad incorꝑandū Et sil̄r ꝓhibe
tur oppressio innocenciū i qua comedit̄
sudor et sanguis eoꝝ.

Capl̄m.xviij.

In h̄ capitulo ponūt̄ ꝓhibitiōes de reue
lationibus turpitudinū per quas itelli
gunt̄ moraliter reuelationes indebito
modo facte peccatoꝝ occultoꝝ ⁊ ꝑsōe
h̄ notate ad ꝑsonas diuersorum statuū
possunt applicari. per p̄rem eniꝫ supior
vel senior potest intelligi scd̄ꝫ illud. Est
p̄r etate p̄r ille vocatur honore ⁊c̄. per
matrem amicā ⁊ nouercā ⁊ oīs mulier
senior vel benefica sicut mater. ꝑ frēm
carnalem seu legalem pōt intelligi oīs
coeuus ⁊ maxime catholic⁹. per sororē
vero carnalē vel legalem omnis mulier
coeua maxime xp̄iana. per filiū omnis
homo iunior ⁊ discipul⁹. per filiā intelli
gitur nur⁹ et neptis q̄cunqꝫ modo ⁊ ō
nis mulier iunior et discipula Reuelare
igitur peccatum occultum cuiuslibet ꝑ
sonaꝝ dictaꝝ indebite moraliter est ei⁹
turpitudinem reuelaē et per peccata oc
culta istarum personarum intelligūtur
peccata occulta omniū aliarum ꝑsōa/
rum vbi scd̄m formā caritatis. s. ei qui
p̄est ⁊ potest prodesse ⁊ ꝑsonaruꝫ ⁊ sta
tuū ꝑiculis p̄cauere (Ad mulierē q̄ pa/
titur menstrua nō accedes) ꝑ hāc mu
lierem intelligit̄ sensualitas scd̄ꝫ Aug.
⁊ rō dicit̄ vir ei⁹ scd̄m eū Mulier igitur
dicit̄ menstruosa quādo sensualitas vi
cijs est corrupta ad q̄m vir accedit qn̄
ratio in malo sibi assentit et ex tali assē
su sequitur ꝑtus pcc̄i malus sicut ex ac
cessu ad mulierē mēstruatā d̄ cōi cursu
sequit̄ ꝑt⁹ mēstruosus (De semīe tuo n̄
dabis vt consecret̄ idolo molot) sic̄ di
ctū est sup̄ sem̄ ē ꝟbū dei igit̄ sem̄ idolo

moloch consecratur quando verbū dei ad exercenda sortilegia nequiter applicatur sicut venenuz latens sub melle ꝓpinatur (Mulier nō succumbet iumento) Moraliter mulier iumento succumbit quando discipul⁹ mollis ⁊ effeiatus doctori pestifero se subijcit ⁊ per talē doctrinaz discipulus iumentis insipiētib⁹ cōpatur ⁊ similis illis efficitur.

Capl'x.xix.

In huius capituli ꝓcessu plura ponuntur quorū sensus literalis est etiā moralis ꝓpter quod sunt pertranseūda (Si immolaueritis hostiam pacificoruz domino vt sit placabilis eo die q̄ fuerit immolata comedetis eam ⁊ die altero) ꝑ hostiam pacificoruz moraliter intelligitur op⁹ meritorium per duos dies duo tempora. s. tempus productionis reruz a deo ⁊ tempus reductiōis oim in ip̄m p̄mū tempus est ab adam vsqz ad xp̄z secūdū vero a xp̄o vsqz ad iudiciū ꝑ h̄ ergo qd̄ dicit̄ ꝙ hostia pacifica comedi debet p̄mo die ⁊ altero significatur ꝙ opus meritorium in duob⁹ dictis tēporibus habz locum ⁊ non post iudicium (Cuz messueris segetes terre tue ⁊c̄.) per hoc datur intelligi ꝙ de ōnib⁹ bonis a deo datis homini debet indigētibus misericorditer subuenire ⁊ maxīe de bonis spūalib⁹ que cōmunicata alijs nō diminuūtur ꝫ pocius augmētāt̄. (Non maledices surdo) per surdū hic intelligitur quicūqz n̄ intelligēs alterius maledictuz siue sit surdus corꝑalit̄ vel absens localiter vl' ignorās idioma maledicentis (Nec coram ceco pones offendiculū) dādo simplici occasionē ruine Mathei. xviij. Quicunqz scandalizauerit vnū de pusillis istis q̄ in me credunt expedit ei vt suspendat̄ mola asinaria i collo ei⁹ ⁊ demergatur in ꝓfundū maris (iumēta tua non facies cōmisceri cū alterius generis animātib⁹) ꝑ iumēta significantur hoies sb̄diti simplices qui nō sunt ꝑmittendi cū hereticis ⁊ malis hominib⁹ habitare. qm̄ de facili decipiuntur (Non seres agrum diuerso semine) ꝑ agruz itelligitur ecclesia que n̄ est seminanda doctrina habente mixta cum veris falsa (veste q̄ ex duobus ɔtexta e nō indueris) qd̄ moraliter facit q̄ habitum ꝑtim religiosū ⁊ ꝑtim secularem induit similiter ille qui sub habitu religioso seculariter viuit (Poma q̄ germināt immūda erūt vobis) per poma germināciа intelligunt̄ bonoruz operum p̄mitiua q̄ pro tanto dicūtur immunda qꝛ non sūt ab alijs comēdanda nec de ip̄is debet operās gl'iari qꝛ defacili possunt in oppositum transmutari (neqz in rotūdum attōdebitis comā nec radetis barbam) Moraliter comā in rotūdum attondit qui ip̄am ad excitationem carnal' lasciuie curiose disponit Similiter barbam radit qui virilitatē animi in femineā molliciē conuertit (super mortuo non incidetis carnem vr̄az) Moraliter āt h̄ faciūt ipocrite de morte amicorū immoderate tristātur ⁊ contra deum murmurando loquuntur (Neqz figuras aliquas ⁊ stigmata facietis vob̄) moraliter h̄ faciūt ipocrite tristes q̄ extr̄mināt facies suas vt appareāt hominib⁹ ieiunantes Math̄. vi.

Capl'm.xx.

In hoc capitulo repetunt̄ aliqua superius ꝓhibita vt addatur pena vt de ydolo moloch ⁊ turpitudinib⁹ nō reuelādis Quorum sensus misticus ē supra positus Itē hic ponūtur aliqua quorum sensus literalis est moralis ⁊ ideo sunt pertrāseunda vsqz ꝓpe finem capituli vbi dicitur (vir siue mulier in quib⁹ phitonicus vel diuinationis fuerit spiritus morte moriatur) per phitonicum sp̄m intelligitur ars ⁊ voluntas adinueniēdi mendacia ⁊ maxime cum tali fictōe ꝙ habeant talia ex reuelatiōe dei vel angeli boni vel etiā mali vel ex alia v̄tute occulta quecūqz sit illa. ⁊ de istis dicitur morte moriantur quia moriuntur hic morte culpe et postea moriētur morte gehēne q̄ ꝯpoc̄. xxi. dicit̄ mors scd̄a

Capl'z.xxi.

Non cōtaminetur sacerdos ⁊c̄) hic minores sacerdotes arcentur ab ingressu ad funera nisi valde propinquoꝝ scilicet patris matri. filij filie fratris ⁊ sororis virginis. pon-

tifex autem ab omni funere penitus ar
cetur vt hētur infra eodē capitulo per
hoc āt significatur ꝙ minores sacerdo
tes noue legis debent ab opibus mor/
tis que sunt peccata magis ceteris hoi
bus elongari et pontifices multo magl.
debent a talibus elongari quando sūt
in statu digniori d̄ vtrisq; v̄o dicit̄ (Nō
radēt caput nec barbā) Moralit̄ caput
radere ē supiori detrahē sil'r radē bar
bam est vigorē animi sui ad molliciē re/
ducē muliebrē (nec in carnib⁹ suis faci
āt inscissuras).i.in capitul' vel collegijs
suis non faciēt scismata vel discordiā (
scortū et vile ꝓstibulū non ducet vx.) ꝑ
scortū intelligitur carnalis sapiencia q̄
vilis est quia est terrena animalis ⁊ dy
abolica vt dicit̄ Jacobi iij.hanc autez
sapiam non debz sibi ꝯiungere pōtifex
vel sacerdos noue legis.sed sapiam spi
ritualē que de sursū est de qua dicit̄ sa/
pi.viij.hāc mihi quesiui sponsā assume
re (Sacerdotis filia) ꝑ hanc intelligit̄
moialis xp̄i summi sacerdotis filia spi/
ritualis (si d̄prehensa fuerit in stupro et
violauerit nomen patris sui) votum ca
stitatis frāgendo (flāmis exuretur) sci
licet gehēne vbi purgetur per opera pe/
nitencie (pōtifex id est sacerdos maxi/
mus) seq̄tur postea (nec egredieť d̄ sā
ctis) id est de sua diocesi nisi pro vrgēte
necessitate vt semꝑ sit paratus suo ꝓplo
sb̄uenie (v̄ginē ducz vx.i.sapiaz) q̄ d̄sur
sum est que bene dicitur virgo qr ē icor
rupta vt possit dicere illd̄ sapi.viij.hāc
mihi quesiui sponsam assumere (viduā
⁊ repudiatā et sordidaz atq; meretricē
non accipiet) per viduaz intelligitur sa
piencia legalis q̄ntum ad cerimonialia
que a tpe mortis cristi est sine sponso.ꝑ
repudiatam sapiencia terrena q̄ distra
hit aiam a diuinis.per sordidam sapien
ciam aialis que bene dicit̄ sordida quia
versatur circa carnis delectabilia. per
meretricem intelligitur sapiēcia diabo
lica que i libris ꝓhibitis ꝯtinetur tales
enim sponsas non debet assumere. sed
a se abijcere (homo de semine aaron ⁊c̄
) hic ponūtur repulsi a sacerdocio leuiti
co per quos spiritualiter intelligūtur r̄

pellendi a sacerdocio euangelico cum
dicitur.si cecus fuerit.i.ignorans ea q̄
requiruntur ad officium sacerdotale (
Si claudus).i.declinans a rectitudine
v̄itatis agnite (Si grādi vl' ꝑuo vel tor
to naso) ꝑ nasū qui discernit odores di
scretio significat̄ ꝑ defcm̄ aūt discretio
nis aliqn̄ excedit hō mensurā recte rōis
⁊ h̄ significat̄ ꝑ nasū grandē.aliqn̄ v̄o
deficit a mēsura recte rōis qd̄ significa
tur ꝑ ꝑuū nasū.aliqn̄ v̄o iniq̄ agit qd̄
significat̄ ꝑ nasū tortū (Si fracto pede
).i.impotēs ad ꝓcedendū in via morū
(Si manu).i.ipotēs ad agendū ea que
spectāt ad sacerdotale officiū (si gibb⁹)
ꝑ tumorē suꝑbie (si lipp⁹).i. nimis car
nalis ad ꝓpinq̄s ꝑ h̄ eni mētis oculis
obscurat̄ (Si albuginē hn̄s i oclo).i.ni
mis p̄sumens de cādore ꝓprie scitatis
(si iugē scabiē) q̄ significat carnis petu
lāciā (si impetiginē) q̄ sine doloē totum
corp⁹ occupat et carnē fedat.iō signifi
cat auariciā q̄ oia mēbra mouet ad ma
le adquirēdū ⁊ hoiem vilē reddit ⁊ odi
osū (vl' herniosꝰ).i.rupt⁹ ꝑ q̄ significat̄
male custodiēs secreta q̄ nō est apt⁹ ad
sacerdociū ꝓpt̄ ꝯfessiōis secretū.C.xxij

Locutus q̄z est domin⁹ ⁊c̄.) hic
agitur de excludēdis a comesti
one scificatoꝝ legis ꝑ q̄s figu
rāt̄ a ꝑceptiōe eukaristie tpe noui testa
mēti cū dr̄ (hō de semie aarō q̄ fuerit le
ꝓs⁹) ꝑ q̄ significat̄ hō pcc̄is assiduus
q̄ pcc̄at ex corruptiōe hitus (aut paciēs
fluxū semis) ꝑ q̄ intelligit̄ assuet⁹ men
dacib⁹ verbis (q̄ tetigēit immūdū) ꝑim
mūdū ex tactu intelligit̄ luxurios⁹.naz
luxuria est circa delectabilia tact⁹ (mor
ticiniū ⁊ captū a bestia nō comedent) ꝑ
imūduz ex esu intelligit̄ gulos⁹ suꝑ cibū
⁊ potuz imodēate effus⁹ (Ois alieni
gena nō comedet d̄ scificatl.) ꝑ q̄ intel
ligit̄ excōicat⁹ ⁊ a ꝯsorcio fideliū p̄cis⁹
(inq̄lin⁹ sacerdotis ⁊ mercenarius nō
vescēt̄ ex eis) ꝑ inq̄linū q̄ nō hz stabilē
māsiōem intelligit̄ incōstās ⁊ vagabū
d⁹ ⁊ ꝑ mercenariū cupid⁹ et auar⁹ q̄ nō
hz oclm nisi ad temporale lucrum non
sunt apti ad recipiendum eukaristie sa
cram̄tum (Si filia sacerdotl. cuilibz

ex populo nupta fuerit ꝺ his que ſancti
ficata ſunt ꝙ de ꝓmiciis non veſceꝛ) ꝓ
filiam ſacerdotis intelligitur xp̃ianus
molꝫ ꝙ effeiatus qui neſcit reſiſtere pec/
catis ꝓpter qꝺ ad receptiõez eukariſtie
nõ eſt apt⁹ (Homo qui obtulit victi/
maz pacificozum ꝛc̃.)hic excluꝺunt a/
nimalia ad ſacrificiũ inepta per que fi/
gurãtur ꝓſone inepte ad offerendũ do/
mino per religionis ingreſſum cũ dicit
(ſi cecum fuerit)ꝓ quod itelligit homo
ſtolidus carens induſtria (ſi fractũ).i.
impotens ad religionis oncra ꝓferẽda
(ſi cicatricez habens).i. notaz infamie
ratione criminis enozmis (Si papulaſ
).i.puſtulas dolozem ꝙ ſcabiẽ ꝙ fetozez
afferẽtes per quas itelliguñ murmura
tiones ꝙ detractiões (aut ſcabiẽ vel im/
petiginez).i.carnis petulanciã vel aua
riciam ſicut dictuz eſt capitulo ꝓcedẽti
(Bouem et ouem aure ꝙ cauda ampu
tatis ex his non poteſt votum ſolui do/
mino)per defectum auris intelligitur ſ
bellio ꝙ inobediencia.per defectuz cau
de ſignificatur defectus ꝓſeuerãcie.
Homines aũt iſtos defectus habentes
non ſũt recipiendi ad votũ ꝓfeſſiõis in
religione(Omne animal qꝺ vel contri/
tis vl̃ ſectis ablatis ꝙ teſticulis eſt non
offeretis dño)per quod intelligitur ꝙ i
potentes ad generãdum filios in eccia
dei verbo et exemplo non ſunt in ea pro
mouendi (De manu alienigene nõ offe
retis panes deo veſtro) per quod ſigni
ficatur ꝙ in eccleſia recipienda non eſt
excõmunicatoꝝ oblatio.

Capl̃m.xxiij.

Locutus eſt dominꝰ ad moyſez
ꝛc̃.)hic agitur ꝺ ſeptem ſolẽni
tatibus veteriſ teſtamẽti.ſ. ſab
bati paſche pentecoſtes tubarum expia
tionis tabernaculoꝝ cetus.feſtũ ſabba
ti figurauit quietem ſpũalem mentis in
xp̃o feſtum paſche reſurrectiõem criſti
de ſepulcro .feſtum pentecoſtes deſcen/
ſum.ſ.ſancti in ſigno viſibili ſup apoſto
los .alios ꝙ credentes feſtum tubaruz
ꝓdicatiõem apoſtoloꝝ.feſtum expia/
tiõis emũdationẽ ꝑſ̃ xp̃iani a peccatꝫ.
feſtum vero tabernaculoꝝ figurauit
peregrinatiõem fidelium in hoc mũdo
in qꝫ ꝓcedunt de ẏtute in ẏtutem ꝓfi/
ciẽdo feſtuz cetus ſignificauit collecti
onem ſcõꝝ in regno celoꝝ ꝓpter qꝺ
iſtud feſtum ſanctiſſimuz vocabatur

Capl̃m.xxiiij.

Precipe filiis iſrael vt afferãt ti
bi oleum de oliuis puriſſimum
ad concinandas lucernaſ.)
Moralit̃ lucerne iſte ꝑlati ſunt ꝙ docto/
res eccleſie quibus dicit Matꝫ.v. Vos
eſtis lux mũdi Et iſte lucerne ꝺcinnãde
ſunt oleo miſericozdie cozdeꝙ ope puriſ
ſimo.i.ſegregato ab itentiõe laudis hu
mane ac lucido ꝓ fraterna edificatiõe
Matꝫ.v. Sic luceat lux veſtra cozã ho
minib⁹ vt videant opa vr̃a bona ꝙ gl̃i/
ficent patrẽ vr̃m qui ĩ celis(in tabnacu
lo fꝺeris).i.in eccleſia vbi ꝺueniũt fiꝺ
les in federe caritatis (a veſpere vſque
mane).i.toto tempe vite pñtis qꝺ ẽ veſ
ꝑtinũ vſqz ad tempus vite future qꝺ ẽ
matutinũ per apparẽciã vere lucis ſup
candelabzo mundiſſimo.i.criſto qui ſu
ſtentat bonos eccleſie ꝑlatos ꝙ docto/
res ſicut ipe dicit Jo.xv. Sine me nihil
poteſtis facere(accipies qꝫ ſimilã)q̃ eſt
farina tritici purgatiſſima ꝙ ſignificat
doctrinã euangelicã que eſt ſanctiſſima
(ꝙ coques ex ea xĩj.panes)quib⁹ ſigni/
ficanꝫ xĩj.apoſtoli euangelica doctrina
ꝑ criſtum informati ꝙ igne ſpirituſſan
cti decocti (ꝙ pones ſup eos thus)ꝺuo
te ozõnis(per ſingula ſabbata muta/
bunꝫ)per ſabbatũ qꝺ r̃quies interp̃taꝫ
celeſtis requies ſignificaꝫ terminatis ei
labozib⁹ apoſtoloꝝ trar ſ ati fuerũt ad
requiem celoꝝ ꝙ ſucceſſerũt eis ſancti
epiſcopi imitantes ꝑfectiõem illoꝝ qui
ſimilit̃ trãſlati ſunt ꝙ ſic erit de imitato
ribus apl̃oꝝ vſqz ad finem mundi ꝙ
hec ẽ mutatio dextre excelſi(Ecce ãt
egreſſus ꝛc̃.)hic agitur ꝺ cuiuſdã blaſ
phemi pena per q̃m ſignificaꝫ punitio
hereticꝰ qui blaſphemat eccleſiã dei cũ
dicit(extra blaſphemũ extra caſtra)nã
hereticꝰ excõmunicandꝰ eſt ꝙ ſeꝑandꝰ
ab eccleſia etſi ꝑmanſerit obſtinatꝰ ille
ſeculari debet tradi morte puniendꝰ iõ
ſubdit(ꝙ lapidet eum populus) (Qui

pcusserit et occiderit hoiem morte mo
riatur) Ille moraliter occidit hominez
qui pertrahit ip̄m ad mortalem culpaz
⁊ sic incurrit mortis gehenne penaz q̄
percusserit animal reddat vicariuz ⁊c̄
Inferens enim damnuz tenet̄ ad resti/
tutōnem etsi non habet vnde debz agē
penitentiā scd̄z culpe q̄ztitatē C.xxv

Locutus qz domin⁹ ⁊c̄.) hic a/
gitur de vij.anno in quo quies
erat terre cum dicitur (vij.an/
no sabbatum erit terre) per annum ve
ro septimum potest intelligi septenari⁹
virtutuz quibus quiescit terra.i. homo
de terra formatus vt habetur Genes.i
quia per quatuor virtutes cardinales
habet homo quietem in se ip̄o per tem/
peranciam et fortitudinem quiescunt
vires cōcupiscibilis et irascibilis a pas/
sionibus inordinatis.per prudenciam
autem et iusticiam quiescunt intellect⁹
et voluntas a motibus et actibus inde
bitis.per tres virtutes theologicas sci
licet fidem spem caritatem quiescit ho/
mo in deo quiete que datur per gratiā
in vita presenti (Numerabis tibi quoqz
septem ebdomadas annorum) hic agi/
tur de quinquagesimo anno qui erat ā
nus requietionis generalis per q̄m fi/
gurata fuit requies patrie celesti. ꝓpter
quod annus ille dicebatur iubileus ad
significandū continuam celestium iubi
lationem p̄s.lxxxiij.beati qui habitant
in domo tua domine in secula seculorū
laudabunt te Item in anno iubileo sin
guli redibant ad possessiōes suas in si/
gnuz ꝙ in patria celesti singuli electi ac
cedunt ad mansiones sibi debitas s̄m
gradus varios meritorum ꝓpter quod
dicit Sal.Jo.xiiij.in domo patris mei
mansiones multe sunt si quo minus di
xissem vobis vado ꝑare vobis locum.
(Si attenuat⁹ frater tuus vēdid̄rit
possessiunculam suam) per fratrem at
tenuatum significatur cristian⁹ animi
virtute d̄stitutus qui vendit possessiun/
culam suam .i.animam suam dyabolo
per mortalem culpam (propinquus ei⁹
poterit redimere) ꝑ propiquū istū intel
ligitur predicator vel homo quicunqz
bonus qui per bonam exhortationem
suam vel consilium reducit euz ad gra
tie statum (Qui vendiderit domū in
tra vrbis muros) per vrbem ecclesia d̄
signatur de qua dicit̄ Isaie.xxvi. vrbs
fortitudinis nostre syon saluator pone/
tur in ea murus et antemurale domus
autem intra vrbem istam significat or/
dinem vel beneficium ecclesiasticū Ille
igitur domū intra vrbez vendit q̄ ꝓ be
neficio vel ordine ecclesiastico consequi
pecuniam intendit sed dicta domus in
fra annum poterit redimi per quod si/
gnificabatur ꝙ si talis intentio corru/
pta manet intra animū per penitentiaz
potest deleri si vero transierit aīm ꝑ fa
ctum exterius pena que taxatur in iuē
per penitentiā non remouetur Cetera
huius capituli moralia sunt vel mistica
tio parum valet ꝓpter quod ꝑtrāseo

Capituluz.xxvi.

Non faciet. vobis idolum ⁊c̄.)
Illa que ponuntur in huius ca
pituli pricipio superi⁹ sūt poita
vsqz ibi (si in preceptis meis ambulaue
ritis ⁊c̄.) vbi obseruantibus dei māda
ta promittuntur bona temporalia sub
quibus intelliguntur bona spiritualia
p̄ncipaliter esse ꝓmissa .cuius ratio ē
quia dei p̄miuz p̄ncipaliter intentū nō
est minus bonum.sed maius q̄m opus
meritoriū nā finis melior ē his q̄ sūt ad
finē.bonū aūt tꝑale min⁹ bonū est quā
opus meritoriū ꝓpter qd̄ sub bonis tē
poralib⁹ hic ꝓmissis intelligūtur bona
spūalia p̄ncipalit̄ ꝓmissa cū dicit̄ (
Dabo vobis pluuias).i.doctrinas sa/
lutiferas Deutro.xxxij.Crescat vt plu/
uia doctrina mea fluat vt ros eloquiuz
meū (temꝑib⁹ suis) qz temp⁹ est loquē
di ⁊ tempus tacendi Ecclesiastes.iij.(
⁊ t̄ra gignet germē suū) ꝑ t̄rā itelligit̄
corp⁹ hūanū qd̄ fuit de t̄ra formatū vt
dr̄ gene.i.igit̄ t̄ra gignit germē suū qn̄
corp⁹ hūanū exercitat̄ ꝑ op⁹ meritoriū
(⁊ pomis arbores r̄plebūt̄).i.vires aīe
interiores bois actib⁹ interioribus ap/
plicabūt̄ (app̄hendet messiū tritura vi
demiā) ꝑ messes itelligūt̄ gētiles vn̄ dic̄
saluator de gentilib⁹ Jo.iiij. Ecce regi/

oues iam albe sunt ad messez ꝑ vindemi
am vero significatur cõuersio general' iu
deoꝝ. ysaie. v. Vinea dñi exercituum do
mus israhel ē quā cõuersionē ꝑcessit cõis
conuersio gentiliū significata ꝑ trituraz
messium Quia tamē ante gētiles aliq̄ de
iudeis fuerunt cõuersi. s. apl'i ad predica/
cionē xp̄i ⁊ plures alij ad predicacionem
petri vt patz Actu. ij. ⁊. iiij. ido subdit. et
vindemia occupabat semētem. ⁊ hoc est
quod dicit apostol⁹ Rō. xi. Cecitas ex
ꝑte contingit in israhel vt plenitudo gen
cium intraret ⁊ sic om̄is isrl' saluus fierz
⁊ bñdicit ex parte ⁊ non ex toto. nam ali
qui iudei illuminati fuerūt per xp̄i fidē an
te gentiles licz cõmunis cõuersio gentili
um ꝑcedat cõmunem ꝯuersionē iudeorū
(Cõedetis panē vestrū i saturitate) hic ē
panis eucaristie qui dat hic plenitudinez
gracie ⁊ postea dabit sacietatez glorie (⁊
absqz pauore habitabitis in terra vestra)
nam in ꝑmitiua ecclesia fideles saltē quā
tum ad multos ꝑsecuciõibus non terre/
bantur ꝫ magis cõsolabātur Actuū. iiij.
Ibant apostoli gaudentes a cõspectu cõ
filij quoniā digni habiti sunt ꝓ nomie ie
su cõtumeliam pati (dabo pacez in finib⁹
vestris) scz cordis de qua dicit Lu. ij. glo
ria in altissimis deo ⁊ in terra pax homi
nib⁹ bone voluntatis (auferaz malas be
stias) id ē demonū furias quoꝝ per chri/
stū restricta est ptās (⁊ gladi⁹ nō trāsibit
termios vestros) id ē demonū virtus nō
ꝑualebit suꝑ vos Pōt autē aliter exponi
lr̄a ab illo loco (absqꝫ pauore habitabitis
in terra) de terra viuēcium vbi nō est pa/
uor hostiū. Et eciaz ibi pax que exuperat
omnē sensum infernales eciā bestie nō ha
bent ibi accessum. nec ꝑ ꝯsequēs ibi time
tur gladi⁹ eorum (ꝑsequemini inimicos
vestros) id ē demōes corā fugiētes Ja. ii
ij. resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. pōt ꝫ
eciā exponi de apl'is ⁊ alijs viris sanctis
qui fugabant demōes de corꝑibus obses
sis (respiciā vos oculo clemencie ⁊ cresce
re ꝛc.) qđ ptz impletū in multiplicacōne
eccl'e (comedetis vetustissima veterū) id ē
accipietis vobis illa que ꝓmissa fuer̄t pa
tribus antiquis. vnde dicit xp̄s apostolis
Luc. x. Multi reges ⁊ ꝓphete voluerunt
videre que vos videtis ⁊ non viderūt (et
nouis suꝑuenientibus vetēa proijcietis)
per vetera significātur bona terrena que
ꝓmittebantur in veteri testamento. ysa.
p. Si audiēitis me bona terre comedetis
per noua vero intelliguntur bona spiritu
alia ⁊ celestia que ꝓmittuntur in nouo.
Math. v. Beati pauperes quoniā ipsoruz
est regnum celorum. tempore vero noui
testamenti multi a se abijciunt bona ter/
rena ⁊ temꝑalia vt consequātur spiritua
lia ⁊ eterna vt manifeste patz in pauperi/
bus religiosis (ponam tabernaculuz me
um in medio vestri) id est eccl'am meam.
De qua dicit Apoc. xxi. Ecce tabernacu
lum đi cum hominib⁹ ⁊ habitabit cū eis
(⁊ non abijciet vos vltra anima mea) so
cietatem vestrā refugiendo Math. vltio.
Ecce ego vobiscū suz omnib⁹ dieb⁹ vsqz
ad ꝯsummacōem seculi (ꝙ si nō audieri/
tis ⁊c.) Hic consequēter transgressorib⁹
mandatorum suoꝝ deus cōminatur ma
la temꝑalia sub quib⁹ intelliguntur ma/
la spiritualia cuz dicitur (visitabo vos ve
lociter in egestate) subtrahendo a vobis
bona gracie ⁊ glorie (⁊ ardore) ꝑmitten/
do accendi in vobis ignem cõcupiscencie
⁊ postea ignem gehenne (frustra seretis se
mentē) id ē frustra facietis opus bonum
de genere (que ab hostibus deuorabitur)
id ē a demonibus ꝓpter finem intencõis
ꝑuerse quia bonū illud nō facietis ꝓpter
deum ꝫ propter finem malū (⁊ corruetis
coraz inimicis vestris) id est coraz demo/
nibus qui faciēt vos ruere de peccato in
peccatum ⁊ finaliter in infernum (Fugie/
tisqz nemine persequēte). i. peccabitis ex
vestra malicia absqz tentacione alia (da
boqz celuz vobis desuꝑ sicut ferrum). i.
subtrahaz a vobis misericordie mee tene
ritudinem (⁊ terram eneaz) nam ad sub
tractionem diuine gracie. sequitur men/
tis obstinacio que per terram eneam de/
signatur (Consumetur in cassum labor
vester) quia sine gracia non valet exerciti
um corporis vel mentis in oꝑibus de ge/
nere bonis propter quod sequitur. (Non
proferet ⁊c.) que de facili possunt applica/
ri ad propositum ideo dimitto ⁊ ad proli
xitatem vitandam.

Numeri

Capitulū.xxvij.

Hec sunt p̄cepta.ꝛc̄.) Hic agit̄ de voto ⁊ eius redempcōe. Duplex autē votum hic tangitur vnū de ꝑsonis. aliud de rebus possessis et int̄ res illas ꝯputantur serui ⁊ ancille. qꝛ sunt q̄dam res dn̄i sui licꝫ sint racōnales creature. Quantū ad p̄muꝫ votū fit distinctio ꝑsonarū ꝟm sexum ⁊ ꝟm etatē ⁊ ꝟm p̄cium quo vendi possent ⁊ sic maior ē redemptō viri ꝑ votū deo obligati q̄ꝫ mulieris. Et sil'r maior est redemptō viri i etate fortiori. s. a. xx. āno vsqꝫ ad. lx. q̄ꝫ añ. xx ānum ⁊ pt⁹. lx. igit̄ ꝑ etates sexus ⁊ fortitudines mistice significant̄ diuersi status in quib⁹ homies ad plura vel pauciora deo sunt obligati. Naꝫ laici obligātur ad obseruāciam p̄ceptoꝝ. Clerici vero in sacris ordinib⁹ ꝯstituti cū hoc obligant̄ ad obseruanciā castitatis. Persone vero r̄ligiose cū hoc obligate sunt ad viuendū in obediēcia ⁊ sine ꝓprio Inter religiosos āt aliqui pl⁹ alijs ꝟm arciorē regulā ⁊ statuta sunt obligati. Prelati vero ad ponendum animā suā ꝓ subditis suis qd̄ ē maximū obligātur. Scd̄m igit̄ ꝙ in diuerꝟ statib⁹ ꝑsone deo in maiorib⁹ sunt obligate. ꝟm hoc ꝓ votis suis dāt deo mai⁹ p̄cium. si bn̄ obseruēt suū statū ceteris tam̄ ꝑib⁹. s. ꝙ eq̄li caritate opent̄ ⁊ hmōi. Et h̄ ꝓporcionabilit̄ intelligēdo ⁊ ꝟm hoc expectant maius p̄miuꝫ a deo. Res autē que deo obligātur ꝑ votū sunt serui ācille dom⁹ ⁊ agri vt ptꝫ in textu ⁊ quāto sūt maioris valoris tāto maior est voti redēptio in illis dūtaxat q̄ poterāt redimi. Nā aialia immolaticia d̄o r̄dimi nō poterāt ꝫ oportebat immolari. ꝑ redēptōes istas mistice significat̄ ꝙ illi q̄ de reb⁹ eccl̄e possessis pl⁹ expendūt in obsequijs diuis maius p̄miū expectāt a deo ceteris tn̄ ꝑibus scꝫ facultate caritate ⁊ hmōi q̄ ad mēitū opantur. Nā pauꝑ vidua q̄ duo minuta misit in gazophilaciū plus obtulit deo q̄ꝫ principes qui magna miserant munera. ꝟm testimonium saluatoris Marci. duodecimo. ⁊ Luce vicesimoꝑmo.

Explicit Leuitic⁹.

Incpit liber numero. Ca. p.

Locutusqꝫ est dn̄s. ꝛc̄.) In h̄ capitulo describit̄ ꝓpl'i nūeracio ꝑ moisen ⁊ aaron ⁊. xij. p̄ncipes ꝓpl'i. Mistice v̄o ꝑ moisen ducē ⁊ aarō pōtificē intelligit̄ ip̄e xp̄s qui simul dux est ꝓpl'i xp̄iani ⁊ sacerdos summ⁹. ꝑ. xij. principes intelligūtur apl'i ⁊ eoꝝ successores. per ꝓpl'm numeratū popul⁹ credenciū ad p̄dicacōeꝫ apl'oꝝ xp̄o tamē principalit̄ opante. ꝓpter qd̄ ip̄e dicit Jo. xv. Sine me nihil pote. facē. Nūerant̄ autē hic potentes ad bella ꝓcedere ꝑ quos significant̄ fideles q̄ꝫdiu sunt de corꝑe militantis eccl̄e. dicunt̄ autē sexcēta tria milia quingēti quinquaginta. per sexcēta tria milia q̄ est maior numer⁹ intelligit̄ multitudo credenciū obligatorū ad p̄cepta decalogi adiplēda in fide trinitatis eo ꝙ isti numēi resultāt ex multiplicacōe ⁊ replicacōe denarij ⁊ ternarij. ꝑ quingētos vero quinq̄ginta qui est mior numer⁹ intelligunt̄ illi q̄ non solū tenent̄ ad decalogi p̄cepta. ꝫ cum hoc ad ꝯsilia eo ꝙ. l. numerus est spūisancto approꝑatus. qꝛ spūsscūs datus fuit apl'is in signo visibili quinq̄gesima die a festo pascali ꝓficientib⁹ autē in religiōe q̄ se obligāt ad obseruāciaꝫ ꝯsilioꝝ saltem aliquoꝝ tāta dat̄ grā quāta datur in baptismo. vt refert Jhero⁹. in vitis pr̄m. quingēti v̄o resultāt ex replicacōne quinq̄ginta vt de septꝫ (leuite autē in tribub⁹ familiaꝝ suarū nō sunt numerati) ꝑ qd̄ significātur clēici general'r sumpti. qꝛ sunt ad misteriū ecclesie deputati. sic̄ leuite ad misteriū tabernaculi vt pleni⁹ dicet̄ in sequētib⁹. ꝓpter hoc clerici ꝑ tonsurā ⁊ ordines ab alijs fidelib⁹ sunt distincti. Ca. ij.

Locutusqꝫ est domin⁹ ad moisen. ꝛc̄.) In hoc capitulo agit̄ p̄mo de leuitarū officijs in generali. ꝫ infra in ca⁹. de ipsis agitur magis in spēaliter ꝓp quod sensus eoꝝ misticus ibideꝫ magis ꝓprie locum habꝫ. Scd̄o describitur situs castroꝝ ꝑ. xij. trib⁹ circa tabernaculum cum dicit̄ (singuli ꝑ turmas signa atqꝫ vexilla ⁊ domos cognacōeꝫ suaruꝫ castrametabunt̄ filiorum israel per

girum tabernaculi federis) Moraliter au
tē tabernaculum domini est anima iusti.
ꝑm illud Eccl'a.xxiiij. Qui creauit me re/
quieuit in tabernaculo meo. habz autem
istud tabernaculū aspectum ad oriētez ꝑ
quē intelligit̄ expiatō sordis in ortu lucis
grē. Ad meridiē ꝑ quē intelligit̄ inflā/
matio cordis qꝛ inde ꝓuenit virtus calo/
ris. Ad occidētem ꝑ quē intelligit̄ me
ditatio cordis in qua occidit lux vite pre
sentis. Ad aquilonē ꝑ quē intelligitur
colluctatio cōtra insultū demonis ꝑm ꝙ
dicit̄ Jhere.i. Ab aquilone pandet̄ omne
malū igit̄ ad oriētē sunt iudas ysachar ⁊
zabulon. ꝑ iudam q̄ interp̄tatur cōfitēs
intelligitur cōfessionis veritas. ꝑ ysachar
qui interp̄tatur memorās dn̄m oraciōis
assiduitas. ꝑ zabulon q̄ interp̄tatur pul/
chritudinis habitaculū ꝯuersacionis pu/
ritas ꝑ hec eni tria sordes cordiū expian
tur. Ad meridiez sunt ruben simeō ⁊ gad
ꝑ ruben vero q̄ interp̄tatur visionis filiꝰ
intelligit̄ splendor veritatis intellectū ꝑfi
ciēs. ꝑ simeonē q̄ interp̄tat̄ audiēs amor
caritatis bonis cōsenciēs. ꝑ gad qui int̄/
pretat̄ feliciter dulcor suauitatis reficiēs
hec eni tria inflāmatōem cordis comitā/
tur. Ad occidentē vero sunt effraym ma/
nasses ⁊ beniamim. ꝑ effraym qui inter/
pretat̄ crescēs intelligit̄ ꝓfectus spūaliuz
ad quē mouet vite breuitas. ꝑ manassen
qui interp̄tatur obliuio cōtemptꝰ tꝑaliū
ad quē mouet eoꝝ defectibilitas. ꝑ benia
min q̄ interp̄tatur filius dextere appetitꝰ
celestiū ad quē mouet eoꝝ eternitas. hec
autē tria meditacōem mortis associātur.
Ad aquilonē sunt dan neptalim ⁊ aser. ꝑ
dan qui interpretat̄ iudiciū intelligit̄ tior
iudicij. ꝑ neptalim qui interp̄tat̄ implica
tio pudor opprobrij si quis implicet̄ vilita
ti peccati. ꝑ aser qui interp̄tat̄ beatitudo
amor premij. ⁊ hec tria faciūt cōtra insul
tum demonū fortiter colluctari. de q̄ col/
luctacione dicit apl's ad Eph̄.vi. Non est
vobis colluctatio aduersus carnē ⁊ san/
guinē ꝫ aduersus principes ⁊ potestates
aduersus mundi rectores tenebraꝝ harū
ꝯtra spūalia neq̄cie de quibꝰ ꝯcedat nos
triumphare leo de tribu iuda q̄ est victor
⁊ benedictus deus.

Capituluz tercium.

Hee sunt generatōnes aaron ⁊c̄.)
In hoc capitulo agitur de offitō
sacerdotum ⁊ leuitarum cum dicitur (ap
plica tribum leui ⁊c̄.) Officiū vero sacer
dotuz veteris legis erat offerre sacrificia
⁊ officium leuitarum ministrare sacerdo
tibus in sacrificijs offerendis per quod
significabatur ꝙ officium sacerdotū no/
ue legis est offerre eucaristiam in missaꝝ
celebracione. Nam eukaristia est sacrifi/
cium noue legis figuratum per plura ve
teris legis sacrificia sicut vnum perfectuz
per multa imperfecta (externus qui acces
serit morte morietur) per hoc significaba/
tur ꝙ offerens eucaristiā non ordinatus
in sacerdotem moritur morte culpe ⁊ in/
currit penam mortis gehenne (Numera
filios leui ⁊c̄.) hic de officijs agitur leui/
tarum ⁊ eorum situatione contra taber/
naculum per quatuor partes orbis. Ger
sonite vero situati fuerunt ad occidenta/
lem partem ⁊ eorum officium fuit custo/
dire ⁊ portare mollia scz cortinas taber/
naculi ⁊ atrij ⁊ funes ⁊ operimenta pelli
um Carite vero ad partem meridionalez
⁊ eorum officiuz fuit portare vasa sancta
sciliz archam testamenti propiciatorium
mensam candelabrum ⁊ altare incensi.
Merarite ad aquilonem ⁊ eorum officiuz
fuit portare dura scz tabulas tabernacu
li columnas eius ⁊ atrij ⁊ bases ⁊ huius/
modi. Moyses autem ⁊ aaron cum fi/
lijs suis ad orientalem partem taberna/
culi habentes curaz tocius populi Scd̄z
sensum allegoricuz tribus leui significat
ministros ecclesie qui diuidūtur inq̄tuor
ꝑtes. s. p̄latos. sac̄dotes. religiosos. ⁊ cle
ricos simplices. igitur Moises ⁊ Aaron.
quia fuerunt duces populi. Psal'.lxx. De
duxisti sicut oues populi in manu moisi ⁊
aaron. ideo significant prelatos ecclesie q̄
sunt duces populi christiani. Per hoc au
tem ꝙ Moises ⁊ Aaron fuerunt ad orien
tem vbi erat ingressus tabernaculi signi/
ficatur ꝙ per ordinacōem prelatoruz ad
ecclesiastica officia ceteri debent ingredi.
Merarite vēo qui interp̄tantur amari
significant religiosos habitantes inama
ritudine penitencie ⁊ luctu pro peccatis

catis proprijs ⁊ alienis. Jheronimus ad riperium Monachus plangentis habet officiuz. Per hoc autem ꝙ Merarite portabant dura significatur qđ religiosi debent viuere in austeritate et non in mollicie deliciarum. Per hoc autem qđ erant ad partem aquilonarem vnde venit frigus significatur ꝙ religiosi debent vti cibis frigidis ⁊ vestibus. Gersonite vero qui portabant mollia significant clericos qui minus pondus habent ceteris in ecclesia Et quia multi eorum viuunt in mollicie deliciarum per quas frequenter cadunt in alia vicia quod significatur per hoc quod Gersonite erant in occidente. Caatite vero qui portabant sacra vasa significant sacerdotes qui sanctum sanctorum eleuant in altari. Per hoc autē ꝙ Caatite erant ad meridiem vnde prouenit feruor caloris. significat̄ quod sacerdotes feruere debent ardore caritatis. Scđm moralem sensum tabernaculum domini est anima fidelis vt dictum est capitulo precedenti ad eius q̄tuor latēa debent esse actus quatuor virtutum cardinalium. scilicet prudencie q̄ est auriga virtutum propter quod significatur per Moysen ⁊ Aaron duces populi qui erant in parte orientali ⁊ sic ē actus prudencie que precedit origine actus aliarum virtutum. Actus vero fortitudinis que habet sustinere dura significatur per Meraritas qui dura portabant ⁊ dicitur esse ad occidentem. difficile est sustinere dura sine casu Actus vero ille est ad meridiem vnde venit maius lumen. Et de iusticia dicitur libro quinto Ethicorum qđ videtur preclarissima virtutum ⁊ neque Hesperus neque Lucifer est ita admirabilis Et significatur per Caatitas portātes candelabrum luminis. Actus vero tēperancie qui reprimit ardorem carnalis concupiscencie est ad aquilonem vnde ꝓuenit frigus caloris repressiuus. ⁊ significatur per Gersonitas qui aduene interpretantur Nam temperati qui pauci sunt respectu aliorum quasi aduene ab eis reputantur. Ad maiorem intellectum p̄dictorum ponitur hic situs castrorum circa tabernaculum.

Tabernaculum.

Oriens.

Judas.

Jsachar.

zabulon

Moyses.

Aser Aarō Simeō.

Merarite Garite

Aq̄lo dan scm̄ rubē Mēidies.

Neptalim Scm̄scōꝝ Gad.

Manasse.

Gersonite Ephraim

Beniamin.

Occidens.

Sequitur capitulū quartū

Capitulū quartū.

Locutus est domin⁹ ⁊c̄.) In hoc capitulo describuntur officia leuitarum in motu castrorum ⁊ p̄mo caaticarū cum dicitur hic est cult⁹ filiorum caath. ꝑ quos significātur sacerdotes noue legis vt predictum est. ipsi vero portabant arcam testamenti mensam candelabrum altare incensi ⁊ altare olocausti ꝑ que quinq̄ significantur que debent esse in sacerdotib⁹ noue legis. Primū est sacre scripture noticia ꝑ arcaꝫ testamēti significata Malachie. ij. Labia sacerdotis custodiunt scienciā ⁊ legē ex ei⁹ ore requirent quoniā angelus domi exercituum est. Secunduꝫ est verbum doctrine quod ꝑ mensam significatur. Nam in hac mēsa panis spiritualis ꝓpoitur Deutero. viij. Non in solo pane viuit homo. ꝫ in omni v̄bo quod ꝓcedit de ore dei. Tercium est lumē exēplaris vite quod significatur ꝑ candelabrū Math. v. Nemo accēdit lucernam ⁊ ponit sub modio ꝫ sup̄ cādelabrū vt luceat omnib⁹ q̄ in domo sunt Quartū est odor oracōis deuote ⁊ significatur ꝑ altare incensi psal. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incensum in ꝯspectu tuo. Quintum est rigor discipline ⁊ significat̄ ꝑ altare olocausti Rō. xij. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis corp̄a vestra hostiā viuētem sanctaꝫ placentem deo ⁊c̄. Hoc est officium familie gersonitaꝝ ꝑ quos clerici significātur vt supra dictum est ipsi portabāt cortinas ⁊ vera tabernaculi op̄imenta ⁊ funes ꝑ que tria significant̄ que debēt i clēicis eē Primuꝫ est ornamentum spirituale quatuor virtutum cardinaliū quod significatur ꝑ cortinas ⁊ vela que texebātur ex q̄tuor coloribus Secundū est caritatis cōnexio que significabatur ꝑ funes. Terciū est exterior honestatis ꝯuersacio que per op̄imenta tabernaculi significabatur.

Hoc est officiū failie meraritaꝝ ꝑ q̊s significantur religiosi ipsi vero portabāt dura scꝫ tabulas vectes colūnas ⁊ bases tabule vero sil̄ ꝯiūcte ꝑ vectes ⁊ bases faciebant parietes tabernaculi. sicut habet̄ Exod. xvi. ꝑ quod datur intelligi ꝙ religiosi docendo populū verbo ⁊ exemplo ⁊ pro bono statu populi deprecādo dati sūt a deo quasi murus defensionis post prelatos ecclesie populo christiano propter qd̄ de malis religiosis dicitur Ezechie. xiij.

Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis vos muruꝫ pro domo israhel. ꝑ columnas vero significatur qd̄ ipsi sunt vocati in partem solicitudinis ad supportandum onus ecclesie ⁊ hoc ex fraterna caritate. prelatis autem hoc conuenit ex officij auctoritate. Per hoc autem qd̄ onera leuitaruꝫ disponebantur per filios Aaron mitratos. vt habetur Exod. xxvi ij. sub patre suo datur intelligi ꝙ omnia ecclesie officia ꝑ summuꝫ pontificem ⁊ p̄latos ecclesie sunt disponenda. Item per hoc ꝙ omnia p̄dicta portabantur velata significatur ꝙ opera bona sacerdotū clericorum ⁊ religiosorum agenda non sunt ad ostentatōem suam. sed ad dei laudem ⁊ ꝓximi edificationeꝫ ita ꝙ opera sint in aperto. tn̄ hec intencio maneat in cordis secreto. Gregori⁹ omelia tricesimaseptia. Sic autem fit opus in publico quatinus intētio maneat in occulto vt de bono opere proximis prebeamus exemplum ⁊ tamen intencione qua soli deo placere querimus semꝑ optemus secretū.

Capitulū quintū.

Locutus est dominus ad moisen dicens precipe filijs israhel vt eijciant de castris ⁊c̄.) per leprosum intelligitur hereticus ꝑ hominē qui semine fluit doctor verbosus qui ad sui iactanciam dicere studet extranea ⁊ ꝑ hoc diffluit ad falsa ⁊ periculosa. per pollutum sup̄ mortuo significatur discipulus doctrinam dictorum sequens ⁊ approbans ⁊ isti eijciēdi sunt de castris id est d̄ scolis ⁊ fideliuꝫ collegijs ne sua peruersa doctrina alios īficiant ⁊ corrumpāt (Vir siue mulier cū fecerit ex omnibus peccatis ⁊c̄.) in quib⁹ damnificatur proximus furto fraude vel dolo confitebuntur peccatum suum satisfaciendo deo per penitenciam ⁊ proximo ideo subditur (⁊ reddet̄ ipsum caput) id est illud quod est ablatum (quintāq̄ partem desuper) id est damnum quod sustinuit de absencia rei sue si autem non fuerit qui recipiat tunc est vaga restitucio ⁊

debet reddi domino. id ē in pñs operib⁹ expendēdo scd̄m disposicionem prelati vel confessoris discreti scd̄m aliquos qui tenent in h̄ locū dei. (Vir cuius vxor errauerit. ⁊c̄.) Per virum doctor intelligēs significatur per vxorem eius sapiēcia. de qua dicitur Sapiencie octauo. Hanc amaui a iuuentute mea ⁊ quesiui mihi spōsam assumere. de qua debet esse zelotip⁹ ⁊ maxime cum tradit eam in scriptis. timendo ne sit ibi fornicatio per commixtionem aliquam falsorum cum viris. Jd̄o subditur. (Adducet eam ad sacerdotem) id est ad magis peritum ⁊ probatuz doctorem ⁊ examinet eam Per hoc autem quod subditur (ꝙ mulier polluta putrescebat ⁊ moriebatur innocens autē non ledebatur. sed faciebat liberos.) Significatur ꝙ doctrina habens commixtionez falsorum cum veris est occasio meroris. et mortis Illa vero que pura est ⁊ sana gaudij ⁊ fructificacionis.

Capitulū sextū.

In hoc capitulo agitur de Nazarei obseruancia ⁊ eius oblacione Circa quod notandum ꝙ nazarei fuerunt in duplici gradu. Nam aliqui fuerunt nazarei ad totum tempus vite sue. sicut legitur de samuele. primi Regum p̄mo. ⁊ de Sampsone Judicum decimotercio. Et isti fuerunt figura religiosorum in noua lege. quorum votum per totam obligat vitam. Alij vero fuerunt Nazarei ad tempus determinatum ⁊ isti voto peracto redibant ad vitam communem aliorum. propter quod non fuerunt figura religiosorum. De quibus dicitur Luce nono. Nemo mittens manum ad aratrum ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei. Sed illorum fuerunt figura q̄ faciūt votū de aliquo opere supererogacionis ad tempus exercendo. vt de peregrinacōe vel alio pio ope. Et quoniam illo tempore debent religiosius viuere. Jō subditur. (A vino ⁊ omni quod inbriare potest abstinebunt) Per quod significat̄ ꝙ illo tempore debent esse in potu magis sobrij (vuas recentes siccasqz non comedent) id est tunc debent esse in cibo magl. parci. (Nouacula non transibit super caput eius.) id est non resecabit aliquid de illis que cadunt sub obligacione voti sui (Sup̄ mortuū nō ingredietur) id est nō consenciet alicui in opere mortalis peccati (Si autem mortuus fuerit quispiaz coraz eo polluetur.) Per quod designatur ꝙ opus bonum in caritate factum si sup̄ ueniat mortale peccatum mortificatur. (Cum dies quos ex voto decreuerat cōplebuntur ⁊c̄.) Hic agitur de oblaciōe Nazarei in complecione voti sui. ⁊ ponit̄ hic triplex eius sacrificium. vnum in olocaustuz quod totū incendebatur ad honorem diuinuz. per quod significatur ꝙ homo tempore voti adimplendi debz ad amorem diuinuz plus q̄m alias inflāmari. Aliud autem sacrificium erat pro peccato per quod significatur ꝙ licet homo votum suuz impleuerit. tamen timere debet ne minus debite fecerit. Tercium erat hostia pacifica pro graciarum actione. p̄ quod significatur qd̄ homo votum suuz adimplens. debet deo regraciari de hoc quod sibi dedit graciam adimplendi. Addebatur vltra oblacio panum azimorum per quod significatur panis eukaristie. quia votum adimplēs debet in huius sacrificij oblacione deuote assistere (Tūc radet Nazareus. ⁊c̄.) quod erat signum voti completi. ⁊ sic licitum erat Nazareo redire ad communem modum viuendi ⁊ similiter in noua lege implens votum ad illud amplius non tenet̄

Capitulū septimū.

Factum est autem) Hic agitur de oblacione principum in erectione tabernaculi que fuit duplex. Vna pro deportacione tabernaculi ⁊ vtē filium eius Et in hac oblacione duo pricipes simul combinati obtulerunt vnum plaustrum ⁊ quilibet vnum bouem Per duodecim autem principes figurati fuerunt duodecim apostoli ⁊ eorum successores qui sunt episcopi. vt dicitur distinctione vicesimaprima in nouo testamento. Per concubinacionem autez principum gemina caritas dei scilicet et proximi

figuratur que pre ceteris debet in episco/
pis vigere. nam p suo grege tenenť vitaz
exponere Joh. x. Bonus pastor animam
suam dat p ouib9 suis quod est act9 max
imus caritatis Joh. xv. Maiorem hāc di
lectōem nemo habet q̄z vt animā suaz po
nat quis p amicis suis. Et p hanc dilect
onem offerunt plaustr̄ id est supportacō
nem subditorum quoz sunt currus q au
rige. sicut dicit. iiij. Regū. ij. de helia. pať
mi currus isrl q auriga eius. p bouem ve
ro qui est animal aptum agriculture. fiť
dicitur Prouerbioz. xiiij. vbi vero pluri
me sunt segetes ibi māifesta est fortitudo
bouis significatur q̄ prelati tenentur in
agro dn̄ico exerceri. scz extirpando vicia
q nutriēdo virtutes. Talia fuit oblatō pri/
cipuz p vasis q hostijs in obsequio taber
naculi. licz autē singuli principes diebus
singulis obtulerit p ordinem vt habeť in
textu tamē vniformis fuit omniū oblatio
quantum autē vasa quilibet obtulit ace/
tabulum vnū quod est instrumentū ad p
bāndum arida si eēnt p oblatōnibus apta
scz similā thus ꝛc̄. q phialam vnaz scz ad
p̄bandum liquida vt vinum q oleum. p
hoc autē significať q̄ p̄lati debent opera
sua vite actiue q̄ significanť p arida q vi
te contēplatiue que signantur p liquida.
diligenter examinaē ne sit ibi ꝺmixtio ap
petitus laudis humane vł aliquod aliud
p quod inepta redd anť in conspectu dei
q mortariolū ad terendū species ex q̄bus
fiebant thimiamata q vnguēta p quod si
gnificatur q̄ in prelatis eccl̄e debent mo
t9 carnales cōteri exēplo beati pauli apo
stoli di. p. Tor. nono. Castigo corp9 me/
um q in seruitutem redigo ne forte cum
alijs predicauerim ipse reprobus efficiar
Quātum autē ad sacrificia quilibet prin/
ceps obtulit hostiam p peccato q hostiā
pacificam p graciarum actōne q olocau
stum incensum sup altare per que signifi/
catur q̄ prelati quantūcunq̄ sancti dn̄t
se peccatores reputaē q p beneficijs a do
mino collatis gracias agere q zelo fidei pre
ceteris feruere.

Capitulū octauum.

LOcutusq̄ est dom9 ad moisen
ꝛc̄.) hic agitur de mensa p̄positi
onis q candelabri situatione Exod. xxv.
dictum fuit q̄ p mensam signatur eccl̄a.
per candelabrū vero xp̄us ecclesiā illumi
nans. p̄pter quod dicit̄ hic q̄ candelabr̄
situari debz circa mensaz scz ad illumiandū
eam cetera vero que dicūtur hic de cāde/
labro q mensa fuerūt ibi mistice exposita
(Tolle leuitas) hic agitur de purificatōe
leuitaz sacerdotibus veteris legis mini/
strāciū per quos significantur clerici mi/
nistrantes sacerdoti noui testamēti p̄ter
qd̄ debent purificari q forma purificacio
nis subditur (aspergātur aqua lustratio/
nis) per qd̄ intelligitur actus cōfessionis
pure q frequētis (q radant omnes pilos
carnis sue) p qd̄ intelligitur depositō su/
p̄fluitatis bonoz temp̄aliū vltra neces
tatem stat9 q persone q̄ debet expendi in
opibus pietatis (Cūq̄z lauerint vestimē/
ta sua) per locionez vestis intelligit̄ bone
stas exteriozis cōuersacōis (tollent bouē
de armentis ꝛc̄.) per bouē oblatuz p pec
cato intelligit̄ q debent esse fortes ad mo
dum bouis peccatoz tentatōibus resistē
do (bouem autē alteruz ꝛc̄.) qui offerebā
tur in olocaustum per quē significatur q̄
clerici caritate feruere debēt ad p̄ficiēdū
(Cunq̄z quinquagesimū annū etatis im/
pleuerint seruire cessabunt ꝛc̄.) p quod si
gnatur q̄ illi qui diu q bene seruierūt in
ecclesia a laboz9 inferioz9 immunes
sunt dimittēdi q ad maioza p̄mouendi in
quibus labor non req̄ritur corporalis.

Capitulū nonum.

LOquiant filij israhel phase in tem/
pore suo ꝛc̄.) per hoc q̄ filijs isra
hel precipitur celebratio phase tē
pore determinato sub pena mortis signi/
ficatur q̄ omnes catholici tenentur cele/
brare pascha tempore determinato ab ec
clesia q tunc recipere debent eucaristie sa
cramentum aliter incurrunt mortale pec
catuz nisi legitimū habeāt impedimentū
quo cessante debent deuote cōmunicare
sicut filij israhel impediti legitime mēse p̄
mo faciebant phase mense secundo. Mo
dus autem celebrandi phase q sensus ei9
misticus positi sunt supra Exodi duodeci
mo q decimotertō (Igitur die qua erectū
est tabernaculuz operuit illud nubes ꝛc̄)

Per nubem istam significatus fuit xp̄us qui stat super ecclesiā quasi columna ignis r̄pellens tenebras noctis ignorancie ⁊ quasi columna nubis de die refrigerās estum tribulacōnis mundane. (Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum manebant in eodem loco) Per hoc autem ꝙ filij israhel ꝓficiscebantur ad motum nubis ⁊ non aliter significat̄ ꝙ homines moueri non debent ad motū passionis. ꝫ ad instinctum racōis que est quedam participacō diuini luminis i nobis. scd̄m qd̄ dicitur psal̄. iiij. Signatum est super nos lumen vult⁹ tui domine.

Capitulū. x.

Fac tibi duas tubas) Per quas predicatores mistice designant̄. ysa. quinquagesimooctauo. quasi tuba exalta vocem tuam ⁊ annuncia populo meo scelera eorum ⁊ domui iacob peccata eorum. Dicuntur autem due ꝓpter geminam caritatē que debet in p̄dicatoribus esse ⁊ ad hoc significandū Lu. decimo. Bini missi sunt ad predicandum Scd̄m ꝙ dicit Gregori⁹ omelia. xxxix. (Argenteas ductiles) id est factas cum martello. Per argentū significatur puritas vite. per ductilitatem vero virtus paciēcie que debent i p̄dicatoribus esse (q̄bus cōuocare possis multitudinē). vsus enim istarum tubarum erat ad quatuor scz ad populi congregacōnem. ad castrorum mocionem. ad belli congressionem. ⁊ ad festi celebracōnem. per que designatur ꝙ predicatores populum catholicuz conuocare debent ad vnitatem fidei ⁊ ad proficiscendum per viam meriti ⁊ ad bellandum circa insultus diaboli ⁊ ad festū celestis gaudij. (Eleuata est nubes de tabernaculo federis ⁊c̄.) Hic agitur de profectiōe filiorū israel ⁊ primo profecti sunt qui erant in parte orientali Secundo qui erant in parte meridionali. Tercio qui in occidentali Quarto qui in aquilonari ex quo patz ꝙ proficiscebantur scd̄m ꝙ motus solis. qui incipit ab oriente ⁊ per meridiem transit in occidentem ⁊ flectit̄ ad aquilonem. Ecclesiastes p̄mo. Oritur sol ⁊ occidit ⁊ ad locū suū reuertit̄. giratqz per meridiem ⁊ flectitur ad aquilonem.

Per hoc igitur significatur ꝙ ꝓficiscentes ad terram viuencium que est terra fidelibus ꝓmissa sequi debent instinctum solis iusticie scz domini nostri ih̄u christi cuius vita in terris disciplina morum fuit. ꝓpter quod dicit Johā. xij. Si quis mihi ministrat me sequatur. ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. ⁊ bene dicit vbi ego sum. quia extunc erat in ꝑfecta beatitudine quātum ad animaz. (Dixit moises ad obab filio raguelis ⁊c̄.) Sequitur (Noli nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus ⁊ eris ductor noster.) quāuis enim deus esset dux illius populi tamen cum hoc moyses volebat habere directōnem hominis ꝑiti ex quo docemur ꝙ liz de⁹ nos dirigat in via morū. tamē nō debemus negligere adiutorium humanuz Nam in hoc homines sunt dei adiutoēs vt habetur p̄. Cor. iij.

Capitulū. xi.

Interea ortū est murmur ꝓpl̄i q̄si dolēciuz ꝓ labore cōtra dn̄m.) ꝑ hoc āt ꝙ ignis accensus a domino cōbussit murmurantes contra eum significatuz fuit ꝙ ignis gehenne comburet murmuratores contra potenciam vel equitatē iusticie diuie. (vulgus quoqz ꝓmiscuū quod ascenderat cū eis ⁊c̄.) Per istos qui inflagrauer̄t desiderio carniū significant̄ religiosi mēdicātes potissime qui post sactam ꝓfessionem in pauꝑcula religione in q̄ nihil eis ꝓmittitur quātū ad istam vitam presentem nisi austeritas ⁊ paupertas ⁊ tamen volūt nimis laute viuere ac eciā delicate ⁊ frequēter hoc cōtingit illis qui in seclo minus habuer̄t. nec sunt contenti ill' que administrātur eis cum tamē suffecissent eis in seculo pauciora ⁊ acriter murmurāt contra illos qui ꝓ victu illoꝝ ꝓcurando fideliter laborāt. sicut ꝓpl̄s iste contra moisen neq̄ter murmurabat. Per hoc āt qd̄ dicit̄ in fine capl̄i (Et ecce furor domi ꝯcitat⁹ in ꝓpl̄m ꝑcussit euz plaga magna nimis) significat̄ ꝙ dicti murmuratoēs querulosi ꝑcucientur igne gehēnali. ꝑ h̄ autē ꝙ ante ꝑcussionē istā dn̄s dedit eis in abundancia magna cōturnices q̄ sūt aues delicate q̄si satisfaciēs eoꝝ irracio-

nabili desiderio significatur ꝙ dominus aliqñ condescendit peticionibus malorũ ad eorum interitum eo ꝙ fit eoruz oracõ in peccatuz (Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius sup me) ꝑ hoc autem ꝙ moyses plenus scia tam adq̃sita q̃ infusa ⁊ cum hoc tãtam graciã habebat erga dominũ ꝙ loquebat̃ cum eo sicut homo loqui solet amico suo ⁊ tamen petiuit adiutores. ad regimẽ populi datur exempluz eccle prelatis ⁊ curatis ꝙ nõ abhorreant homies bone vite ⁊ sufficiẽtis litẽatare sibi datos a deo in adiutoriũ oneris sui supportandi p̃dicando ⁊ cõfessiones audientes. ꝫ magis eos diligãt ⁊ foueãt ⁊ multiplicacõem eoꝝ desiderent repellẽtes cõtrariũ cõsulẽtes dicentes cũ moyse quid emularis ꝓ me quis tribuat vt oĩs populus ꝓphetet ⁊ det eis deum spirituz suum.

Capitulũ. xij.

LOcutusq̃ est maria ⁊ aaron contra moisen) ipsi nãq̃ eleuati ꝓpt̃ donũ ꝓphecie irreuerenter ⁊ falso locuti sunt contra moisen mitissimũ vt dicit̃ in lr̃a. Per istos allegorice significãtur heretici in vtroq̃ sexu qui ꝓpter aliquã noticiam sibi datam supbientes locuti sunt cõtra xp̃m mitissimũ Math. xi. Discite a me qꝛ mitis sum ⁊ humi. cor. cõtra xp̃z ei locutus est arrius ⁊ ei⁹ sequaces christi diuinitatẽ negantes. ⁊ manicheus negans humanitatem ei⁹ ⁊ sic de alijs hereticis.

Et quoniã heresis ꝑ lepram significat̃ vt dictum est supra Jõ maria q̃ presumptuose cõtra moisen cepit loqui ꝑcussa fuit lepra nõ autez aaron. quia summ⁹ sacerdos erat ⁊ q̃a statim penituit ⁊ culpã humiliter recognouit. ꝑ hoc autẽ ꝙ ad preces moisi maria fuit sanata. significatuz fuit qd̃ heretici reuertentes ad ecclesiam sunt recipiẽdi. Moraliter autẽ ꝑ mariam ⁊ aaron irreuerenter loquẽtes cõtra mosen qui tamen erat mitissim⁹. significant̃ discipuli sub benigno magr̃o superbientes ⁊ contra ꝑsonam eius vel doctrinam irreuerenter loquẽtes ⁊ tales sunt grauiter obiurgandi sicut aaron ⁊ maria ⁊ vsq̃z ad satisfactõnem condignam de societate aliorum discipulorũ eijciendi. Unde refert commẽtator super Boecium d̃ cõsolacõne ꝙ in ciuitate Athenienſi vbi antiquitus vigebat studium philosophie q̃dam discipulus ꝓpter quoddam verbum irreuerencie contra magistrum suum de loco studij fuit eiectus vsque ad quinquẽnium.

Capitulũ. xiij.

ET profectus est populus) Sequitur (mitte viros qui considerãt terram) Allegorice ꝑ exploratores terre promissionis significantur sacerdotes ⁊ scribe veteris legis qui ꝑ scripturas explorabant christi aduentum quantum ad tempus ⁊ locum ⁊ alias circumstancias. Unde Math. ij. Requirẽte herode vbi christus nasceretur. responder̃t in bethleem iude. Allegantes ad hoc scripturam que habetur Michee. v. tamẽ aliquãtulũ alit̃ in verbis ⁊ tu bethleẽ terra iuda nequaq̃ minima es in principib⁹ iuda ex te enim exiet dux qui regat populũ meum israel. Unde super illud Math. xxi hic est heres dicit Jheronimus ex hoc patet principes iudeoꝝ non ex ignorancia ꝫ ex inuidia crucifixisse dominũ iesum christum. Sed quia predicabat contra vicia eorum subuersa fuit in eis cognicio quã habebant de ipso. Xp̃s autem cõueniẽt̃ dici potest terra promissionis eo ꝙ ad terram viuencium nos ĩtroducit. Et qꝛ corpus eius terreuz est terra promissa nobis in lege ⁊ prophetis per hoc autez ꝙ pauci exploratoẽs scz caleb. ⁊ iosue tãtũ ĩ veritate steter̃t alijs ab ea declinãtib⁹ ⁊ ꝑuertentibus populum figuratum fuit qd̃ in aduentu christi pauci de doctoribus iud̃orum starent in veritate scz Nichodem⁹. Gamaliel. Nathanael ⁊ aliqui alij alijs a veritate declinantibus ⁊ seducentib⁹ populum ⁊ inducentibus eum ad petenduz mortez christi. vt habetur Math. xxvij. et Marci. xv. ⁊ Luc̃. vicesimotercio. Apostoli vero qui steterunt in veritate non fuer̃t de doctoribus iudeoruz. ꝫ fuerunt homines simplices ⁊ sine literis vt habet̃ Actuum quarto. Moraliter autez ꝑ exploratores in veritate non stantes ⁊ populuz sb̃uertentes significãtur prelati ⁊ doctores ecclesie mali qui per noticiam scripturaꝝ

exploratores sunt t̃re viuẽciũ Sz ꝑ suã vi
tã malã ab ei⁹ ingressu deficiunt ⁊ eciaz
alios impediũt Mat̃.zz. Ve autem vob̃
scribe ⁊ pharisei ypocrite qui clauditis re
gnuz celorũ ante hoies. vos eni nõ intra
tis nec itroeũtes finit̃.itrare. Ca.xiiij.
Igitur vocificerãs oĩs turba fleuit nocte
illa) In hoc ãt caplo agit̃ d̃ murmuraci
one ꝓpl̃i israel ɔtra moysen ⁊ aaron ⁊ ei⁹
rebelliõe cõtra deũ ꝓpter q̃ data fuit sen
tẽcia mortis in deserto suꝑ eos q̃ exierũt
de egipto a viginti ãnis ⁊ suꝑ exceptis ca
leb ⁊ iosue. Per hoc allegorice fuit fi/
guratum ꝙ pauci de iudeis comparati
ue ingressuri erant ad fidez christi in ad/
uentu eius qui quidem ingressus per fi/
dem est introitus terre viuencium in spe
Et hoc eciam scribit̃ in quodaz libro he
braico qui dicit̃ Tenhedrin. apud hebre/
os abitẽ quo exponendo illud Jheremie
iij. Assumã vos vnum de ciuitate ⁊ duos
de cognacione ⁊c̃. Glõ. Mensuratus est
egressus de egipto in terram eorũ ingres
sui ꝓmissam. quia duo tm̃ de sexcẽt̃.mili/
bus ingressi sunt. Sic erit in diebus mes/
sie quod patet impletum Nam pauci val
de de iudeis in christum crediderunt re/
spectu credencium Moraliter autez ꝑ
hoc ꝙ pauci exeunciũ de egipto intraue
runt terram ꝓmissionis significatuz fuit
ꝙ pauci de credentibus qui exierunt spi/
ritualiter de egipto per virtutẽ baptismi
terram viuencium id est celestẽ patriam
sunt intraturi Math̃.xx. Multi sunt voca
ti pauci vero electi. ⁊ Luce.xiij. Contẽdi/
te intrare ꝑ angustam portã. dico vobis
qꝛ multi q̃rẽt intrare ⁊ nõ poterunt.

Capitulũ.xv.

Locutus est dominus ad moisen
) In hoc capitl̃o ponũtur aliqua
de modo offerendi sacrificia que
sunt mistice superius exposita. ꝓpter qd̃
hic pertranseo. Factum est autem cum es
sent filij israel in solitudine ⁊c̃.) Hic agit̃
de colligente ligna in sabbato quẽ domi/
nus precepit a populo lapidari. per quod
ostensum fuit q̃ꝫ grauiter dominus puni/
et violatores diei dominice cuius obser/
uancia prefigurata fuit in obseruacione
sabbati inquãtuz illud preceptum fuit ce
rimoniale. (Dixit quoque dominus ad
moisen ⁊c̃.) Hic agitur de habitu iudeo/
rum quibus precipitur ꝙ faciant sibi fim
brias ⁊ per angulos palliorum ⁊ ponant
ibi vittas iacinctinas Vitte vẽo iacincti
ne sunt coloris celestis Judi vero figura
fuerunt xp̃ianorum noue legis. sicut dici
tur p̃. Coꝝ.x. Om̃ia in figura ɔtingebãt
illis. ꝑ vittas igit̃ iacinctinas i hĩtu iude
oꝝ significatũ fuit ꝙ xp̃iani dñt eẽ ɔuer/
sacõis celestis Phil̃.ij. Nr̃a conuersacio
i celis est. Jd̃o subditur (quas cũ viderit
recordentur omniũ mandatorum domi
ni). Meditacio nãqz celestium recordari
facit diuinoꝝ mandatoꝝ.

Capitulũ.xvi.

Ecce autem chore filius ysachar
) Per chore datan abiron qui
aggregauerũt sibi multitudinez
ad mouendum sedicionem vt per hoc ob
tinerẽt sacerdocij dignitatem. significã/
tur illi qui inter seculares vel religiosos
seminant ɔtenciones vel discordias ag/
gregãtes sibi caudam magnã vt obtine/
ant multitudine qd̃ consequi nõ poterãt
racõe ⁊ hoc in principatib⁹ ⁊ regnis q̃n/
tum ad statuz laicoꝝ. in ecc̃ijs vero q̃ꝫtũ
ad statũ clericoꝝ. in religione vero q̃ꝫtuz
ad officia religionũ. ⁊ sicut chore dathã
⁊ abiron descenderũt ad infernum. sic ⁊
isti descendẽt cum ipsis nisi debito modo
penituerint de pc̃tis Moraliter autẽ in
eodẽ hoĩne discordiã ⁊ scissurã faciũt mo
tus irascibil̃ ⁊ ɔcupiscibil̃ inordinati ⁊ hi
tus ex eis generati. Nã ipsi trahũt ⁊ incli
nant hominẽ ad malũ. Rõ vero ⁊ sindere
sis trahũt ad ꝓpositũ ⁊ sic in eodẽ hoĩne
fit scissura ꝓpter qd̃ de talib⁹ dicit ph̃us.
viij. ethic̃. Cõtẽdunt ipsoꝝ aĩa ⁊ hoc qui
dẽ trahit huc hoc autẽ illuc quẽadmodũ
discrepãcia ⁊ ɔcludit ɔclusionẽ vtilẽ. di.
igit̃ si sic miserũ est malũ eẽ fugiẽdũ mali
ciã intẽse Illi vero q̃ ꝑ negligẽciã rep̃mẽ
di mot⁹ inordinatos irascibil̃ ⁊ ɔcupisci
bil̃ sunt causa dicti scismat̃. digni sunt pe
ne gehẽnal̃ (Sed ⁊ ignis egressus a do/
mino interfecit ducentos quinquaginta
viros qui offerebant incensum) Per istos
vsurpantes sibi sacerdociũ intelliguntur
ambicõsi dignitatum ⁊ officiorum in re/

ligionibus ꝙ eccleſijs ꝙ iſti puniri meren
tur pena ignis gehennalis (precipe elea/
zaro ꝛc̄.) turibula ſunt inſtrumenta ad of
ferendum incenſuꝫ quod ꝑtinet ad ſacer
dotis officium. igitur ꝑ turibula ambici
oſorum predictoꝝ qui ſibi volebant vſur
pare ſacerdociū poſſūt intelligi verba fal
ſa opera ficta ꝙ occulta munera ꝑ que ā/
bicōſi querunt obtinere in eccleſia gradū
indebitum ſibi que turibula ꝓducūtur in
laminas quādo manifeſte detegitur ꝙ de
bite punitur ambicioſorū falſitas ꝙ iſte la
mine figuntur in altari quādo manifeſta
tio ꝙ punicio dicte falſitatis redigunt in
ſcriptura cōmuni vt ſic ſint alijs in ſignū
ne querant indebite honoris ſtatuꝫ (mur
murauit autē omnis multitudo ꝛc̄.) hec
autē murmuracō cōtra moyſen ꝙ aaron
fuit valde iniuſta ꝓpter quod murmurā/
tes iniuſti cōtra bonos ſupiores punient
niſi peniteant igne gehēnali. ꝑ hoc autez
ꝙ aarō de precepto moiſi obtulit thimia
ma ꝙ ceſſauit incendium. ſignatur ꝙ bōi
ſuperiores ſubditis ſuis ꝙ ingratis ꝙ indi
gnis exhibere debent caritatis benificiū.
Matb̄. v. Benefacite his qui oderūt vos
ꝙ orate ꝑ perſequentibus ꝙ calumnianti
bus vos.

Capitulū. xvij.

LOcutus eſt dominus ad moy
ſen. ꝛc̄.) hic agitur de certificatio
ne dignitatis ſacerdotalis ꝑ fig/
num virge germinantis. Moraliter ꝑ vir
gam intelligitur doctrina propter quod
antiquiꝰ philoſophi portabant virgā in
ſignum doctrine. ſimiliter magiſter vl̄ di
ſcipulus ad predicādum miſſus dicit̄. ꝙ
non portent niſi virgam tm̄. igitur ille do
ctor cuius virga germiat floret ꝙ facit fru
ctum. ꝓmoueri dignus eſt ad pontificis
ſtatum. germinat autē multiplicando di/
ſcipulos. floret vero faciendo eos verbo ꝙ
exemplo bonos ꝙ honeſtos. ꝫ facit fructū
aciendo eos doctos ꝙ ad docendum ap
tos. Allegorice ꝑ virgam aaron que ger
minauit ficca figurata fuit virgo maria.
de qua ſcribitur yſa. xi. Egredietur virga
de radice ieſſe ꝙ flos de radice eius aſcen
det. per quē florem chriſtus intelligit̄ ꝑm
doctores hebraicos ꝙ latinos. hec autem
virga ficca germinauit abſq; humore vi
rilis ſeminis cōcipiendo. floruit autē ſan
ctiſſime conuerſando. ꝫ fructum protu/
lit deum nobis ꝙ hominem in vna perſo
na ꝑiendo.

Capitulum. xviij.

DIritq; dominꝰ ad aaron ꝛc̄.) ſeq̄
tur (Excubabuntq; leuite ad p̄/
cepta tua ꝙ ad cuncta opera tab
naculi ita tamtaxat vt ad vaſa ſanctua/
rij ꝙ altare non accedāt) ꝑ hoc autē ꝙ le
uite arcentur ab ingreſſu ſanctuarij ꝙ ab
actu offerēdi ſacrificia i altari olocauſto
rum ſignificatur ꝙ clerici qui ſunt ſub ſa
cerdotibus eciaꝫ in alijs ſacris ordinibꝰ
conſtituti nō debent exercere actus perti
nentes ad officium ſacerdotum (Alieni
gena nō miſcebitur vobis) per hoc ꝙ po
pulus omnis arcetur ab ingreſſu loci di
uini cultus ꝙ conceditur ſacerdotibus et
leuitis eis miniſtrantibus ſignificatur ꝙ
i nouo teſtamento populꝰ omnis arcen
dus eſt a cancello vel choro vbi diuinum
officium celebratur (omnia q̄ ſanctificāt
a filijs iſrahel tradidi tibi ꝛc̄.) per hoc au
tem ꝙ ſacerdotibꝰ aſſignātur p̄micie ꝙ le
uitis decime ꝑ ſuſtentacōe ſua familiarū
q; ſuarū oſtenditur ꝙ in nouo teſtamen
to populꝰ tenetur ꝓuidere ſeruientibꝰ ō̄o
de victu ꝙ veſtitu ꝓm condicōem ſtatuū
ꝙ ꝑſonarū Et iſtud obſeruatum fuit ab ā
tiquo eciā apud gentiles ſicut patz Geñ.
xlvij. vbi dicitur ꝙ ſacerdotes egipti tem
pore famis non fuerunt compulſi vende/
re poſſeſſiones ſuas ſicut alij ꝺa ſtatuta
cibaria ſibi ex orreis publicis p̄bebantur

Capitulū. xix.

LOcutuſq; eſt dominꝰ ad moiſen
ꝛc̄.) In hoc capitulo agitur de i
molacione vacce rufe de cuiꝰ ci/
neribus aque amixtis fiebat aqua luſtra
tionis ad purificacōem immūdorum. ꝑ
hanc vaccam que debebat eſſe ſine macu
la figurata fuit caro chriſti ſanctiſſima ꝙ
ꝫ hec vacca in trāſlacōe nr̄a dicatur rufa
tamē in hebro dicit̄ rubea. qz chriſti caro
fuit in ſuo ſanguie rubricata. debebat ec̄
eſſe etatis integre. quia chriſtus. xxxij. ā/
no etatis ſue pro nobis fuit immolatus.
ſcōm aliquos autem paſſus fuit. xxxiij.

anno. sed hoc non refert ad ꝓpositum. nā vterqꝫ annus est etatis ꝑfecte. (Qui eductam extra castra immolabit) In quo figuratum fuit ꝙ christus extra ierusalem erat passurus. vt habetur Johānis. xix. (Aspꝑget contra fores tabernaculi septem vicibus) ad signandum ꝙ ꝑ aspersionez sanguinis christi mundatur ecclesia ꝑfecte que perfectio significatur numero septenario eo ꝙ totum tempus reuoluit̄ septem diebus (cōburetqꝫ eam) ad significādum ꝙ christꝰ maximo caritatis feruore fuit passus. ꝑ hoc autez ꝙ cineres vacce aquis viuentibus ꝯiūcte purgabant immundicias carnis. significabatur ꝙ virtus christi passi in aquis baptismalibus purgaret immundicias mētis ⁊ in aquis penitēcie immūdicias post baptismū contractas. Hebre. ix. Si sanguis hircorum aut vituloruz aut cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundacōnem carnis quāto magis sanguis xp̄i qui per spiritū sanctū semetipsuz obtulit immaculatū d̄o emundabit cōsciencias nostras ad seruiendū deo viuenti. Per hoc autez ꝙ in cōbustiōe vacce ponebat̄ (lignuz cedrinū ysopus ⁊ coccus) Significabant̄ tres ꝑsone cū christo passe. due ꝑ cōpassionē mentis ⁊ tercia ꝑ passionē carnis. p̄ma fuit beata virgo maria ꝑ ysopuz q̄ ē humilis herba significata. quia fuit humillima Luce. ij. Respexit humilitatē ancille sue. Secunda fuit Johānes euangelista significatus ꝑ cedrum que est arbor multū alta. Ipse vero fuit eleuatus ad videndū secreta celestia Apoca. p̄. Tercia fuit latro xp̄m ꝯfitens in cruce significatus ꝑ coccū bis tinctuz. qꝛ xp̄o ꝯpaciebatur mente di. Luce. xxiiij. Hic autē nihil mali fecit ⁊ cū xp̄o paciebat̄ in corꝑe.

Capitulum. xx.

Veneruntqꝫ filij israel) In hoc capitulo agitur de aquis ꝯtradictionis vbi Moises ⁊ aaron peccauerūt dubitādo de verbi diuini implecōe ꝓpter maliciā populi s̄m doctores latios s̄m hebreos autē peccauerūt transgrediendo verbū domini qui non dixerat eis. ꝑcutite petram. ꝫ loquimi ad petraz ⁊ illa dabit aquas sicut plenius dixi passum istum litteraliter exponendo Per hoc autem ꝙ isti qui erant sanctissimi peccauerunt. debꝫ incuti timor alijs quātumcūqꝫ sanctis ne cadāt in peccatū. s̄m illd̄. i. Cor. x. Qui se existimat stae videat ne cadat (Misit interea nuncios moyses de cades ad regez edom ꝛc.) ꝑ edom qui interpretatur terrenus intelligūtur mali xp̄iani in bonis terrenis tantūmodo cōfidentes ⁊ isti freq̄nter nitūtur impedire bonos xp̄ianos q̄ sunt frēs eorū i fide ⁊ ꝓfectu in via morū ne ipsi ꝑueniāt ⁊ alios inducant in terrā viuēciū. ⁊ hoc aliqn̄ faciunt p̄lati malo ꝯsilio informati ⁊ aliq̄ curati ꝑuersis q̄ bonos homies ⁊ literatos impediunt a predicacōibus ⁊ confessionibꝰ audiendis in hoc similes r̄gi edom qui filios israel impediuit in progressu ad terram ꝓmissionis (ꝑgat inquit aaron ad populos suos. ⁊c.) Hic agitur de morte aaron ⁊ eleazari suscitacōne cum dicit̄. (Cunqꝫ nudaueris patrem veste sua ꝛc.) Per hoc autem ꝙ aaron nudatus vestibus sanctis statim mortuus fuit corporaliter. significatuz fuit ꝙ in nouo testamēto pontifices ⁊ curati ⁊ eciam clerici seculares vel religiosi statiz qn̄ nudant̄ vestibus virtutum mortui sunt spiritualiter licet adhuc corꝑaliter viuant. Apocalip. iij. capl̄o. Nomen habes ꝙ viuas ⁊ mortuꝰ es. ꝑ hoc autē ꝙ aaron spoliato eleasaro indutus fuit significatur qd̄ aliquibus a gracia cadentibus alij subrogant̄ Apoc. iij. Tene quod habes vt nemo accipiat coronaz tuā.

Ca. xxi.

Quod cum audissz chananeꝰ rex arad) Arad inter p̄tat̄ descendēs Id̄o ꝑ regem arad intelligit̄ diabolus rex inferni qui videns fideles ꝑ filios isrl̄ signatos ad terraz viuenciū ābelare nitit̄ eos impedire. ⁊ aliqn̄ debellat eos ⁊ dep̄datur. sic̄ rex arad victor exn̄s duxit ex isrl̄ p̄dam. ꝫ qm̄ variꝰ est euentꝰ belli nō debēt fideles ex hoc desꝑare ꝫ cū dei adiutorio fortiꝰ vires resumē qd̄ nōt̄ cū dicit̄ (at isrl̄ voto se obligās) ē ei votū ꝓmissio deo facta de meliori bono. ⁊ sic triūphant de diabolo (Et tedere cepit populū itineris ⁊ laboris ꝛc.) Isti figurāt acidiosos generalit̄ ⁊ oꝑis boni laboē fra-

ctos ⁊ specialiter pauperes religiosos ex defectu vict⁹ ⁊ vestitus iniuste murmurā tes cōtra suos supiores emendare nō po tentes maxime cū i r̄ligionis ingressu or dinis grauia eis explicata sūt (q̄obrē mi sit domin⁹ sup populū ignitos serpētes) p quos significant demones quos domi nus pmittit tales murmuratoēs inuade re ⁊ ignem concupiscencie forcius in eis accendere ꝓpter qd̄ debent penitenciam agere recognoscere culpā ⁊ veniam iplo rare. ⁊ tunc (p aspectum serpentis enei sa nātur) id ē p aspectum xp̄i fide vera. sicut eni serpēs eneus similis fuit animali vene noso tamē nihil habuit de veneno pcti. iō dicit Jo. iij. sicut exaltauit moises serpētē in deserto ita exaltari oportz filium hois vt om̄is qui credit in eum nō peat ꝫ hēat vitā eternam (Et eo loco apparuit pute⁹) p quē significat sacra scriptura vbi hau ritur salutaris sapia. De quo puteo dicit Johā. iiij. puteus altus est. naz intellcūs sacre scripture pfunditatis est magne. iō subditur (quē foderunt principes). i. apo stoli alijqz doctores ad aperiēdum ei⁹ in tellectum litteralē ⁊ misticum cum d̄i ad iutorio fideliter laborantes (misit autem israhel nuncios ad seon) ab isto loco vsqz ad finem hui⁹ capl̄i agitur de regib⁹ seon ⁊ og. intēdentib⁹ impedire filios isrl̄ a trā situ vsqz ad terram sibi pmissam. p quos designātur demones ⁊ homies mali q̄ ni tūtur impedire bonos in pcessu virtutis ꝫ sicut seon ⁊ og a filijs isrl̄ fuerūt debella ti. sic demōes ⁊ mali homies cum d̄i ad iutorio a bonis supant ⁊ sic iter suū gra diūtur. ps̄. lxxxiij. Jbunt de virtute in vir tutē videbitur de⁹ deoꝝ in sion.

Capitulum. xxij.

Videns autem balac ⁊c̄.) per ba lac q̄ in arto positus recurrit ad consilium ⁊ auxiliuz balaam ari oli significatur illi qui in infirmitatib⁹ vl̄ alijs nccitatib⁹ positi recurrūt ad illos q̄ sunt magicis artibus imbuti ⁊ sicut iste balac in hoc magnas expensas fecit ⁊ tn̄ nullū cōmodum ꝫ magis oppositū repor tauit. sic ⁊ illi grauit valde peccāt ⁊ nll̄az vtilitatem reportāt (Cernēs asina angl̄m stantem in via) p hoc autē ꝙ animal sto lidum vidit angeluz quē balaam reputa tus sapiēs nō videbat. significatur ꝙ di uina secreta frequēter hominib⁹ de secla ri sapiēcia p̄sumētib⁹ abscondūtur ⁊ illi teratis atqz simplicib⁹ reuelantur Math̄ xi. Cōfiteor tibi domīe pat̄ celi ⁊ terre qz abscondisti hec a sapientib⁹ ⁊ prudentib⁹ ⁊ reuelasti ea puulis.

Capitulum. xxiij.

Dixitqz balaam ⁊c̄.) p balac ⁊ ba laam qui p diuersos modos ⁊ vi as querebant maluz populo isra hel cōtra domini volūtatem balac indu cendo balaā exequēdo. significātur illi q̄ diuersis vijs maluz inducētibus machi nātur. ꝫ domino disponēte malū sup eos reuertitur sicut balac ⁊ balaaz occasione hui⁹ mali p filios isrl̄ fuer̄t occisi vt hētur infra. Sil̄e vero hui⁹ habet̄. ij. Re. xvij. ⁊ .xviij. nam achitofel ⁊ absalō querebant mortē dauid ⁊ domino disponēte dauid saluat⁹ fuit ⁊ achitofel manu ꝓpria se sus pendit ⁊ absalon capillis ꝓprijs i quercu suspensus a ioab principe milicie fuit occi sus. sil̄r diabol⁹ mortē christi pcurās per hoc deuictus fuit ac eciā spoliatus. psal̄. ix. Infixe sunt gentes in interitu quē fece runt in laqueo isto quē abscōderūt com prehēsus est pes eorum.

Capitulum. xxiiij.

Cumqz vidisset balaā ⁊c̄.) p balaā qui verā ꝓphecie doctrinā habu it ⁊ tamē male vite fuit. significa tur doctor quicūqz vl̄ predicator hn̄s bo nā ⁊ verā doctrinā ꝫ malā vitam cuius doctrina alijs pdest sibi tamē obest Luc̄. xij. Seruus qui ognouit volūtatē domi ni ⁊ non fecit vapulabit mltis scz plagis (verūtamen pgens ad populū meum da bo tibi consilium) per hoc autem ꝙ bala am prohibitus est a deo maledicere popu lo israhel tamen cōtra eum dedit cōsiliū pessimum p quod fuit tractus ad fornica tionem corpalem ⁊ eciā spiritualem scili cz ydolatriam significati fuerunt heretici nigromantici ⁊ consimiles qui timore pe ne corpalis impediūtur suaz docē doctri nā pestiferā in publico. ꝫ eaz docent in su is cōuenticulis in occulto. Jtem p hoc ꝙ balaaz filios israhel debellaē non potuit

ꝑ demones ⁊ tamē eos ꝯfudit ⁊ afflixit. ꝑ mulieres ostēditur nobis quātū horrē/da est familiaritas mulierū atq; fugien/da Eccl'astes.vij. Inueni mulierem mor te amariorē que laque⁹ venatorū est sage na cor eius. vincula sunt manus illius. qui autē placz deo effugiet eam.

Capitulum.xxv.

Morabatur autē isrl' eo tempoē in sechim ⁊ fornicatus est populus cum filiab⁹ moab.) ꝑ hoc autē ꝙ popul⁹ filioꝝ israel trahens morā ꝓpe mulieres gentiles ⁊ ydolatras tractus fuit ad lux uriam ⁊ ydolatriā monemur nos elōga re a mulieribus. ne verbis earum signis ⁊ aspectibus decipiamur. quia scribit Ec clesiasti.ix. Qui amat ꝑiculū in illo peri/bit. Et Isidor⁹ libro de bona ⁊ honesta ꝯ uersacōne. Si vis a fornicacōe esse tut⁹ esto a muliere corꝑe ⁊ visitacōne discre/tus iuxta serpētem ⁊ ꝓximus ꝑiculo diu illesus nō eris ꝓpe ignem diu tutus non eris ferreus sis tamē aliquādo tm̄ dissol ueris (Quod cū vidisset phinees ꝛc.) per phinees qui zelo dei ꝯcitatus occidit pri cipem tribus symeonis ⁊ filiam nobilissi mi principis madianitarū. significatur iu dex bonus temꝑalis vel eccl'asticus secu laris vel religiosus qui humano timore sublato non omittit facere debitā iustici/am de ꝑsonis que sunt in scandalū cōmu nitatis. licet sint alti status vel sanguinis Per hoc āt ꝙ phinees ex h̄ facto ꝑ ordi nacōnem dei ꝓmotus fuit ad summi sa/cerdocij dignitatem datur intelligi ꝙ bo ni iudices ꝓpter timorem humanuz nihil de contingētibus omittentes dignitatez celestis curie consequentur In qua sunt omnes reges ⁊ sacerdotes. Apocalip̄s.p̄ mo. Fecit nos regnum ⁊ sacerdotes d̄o ⁊ patri.

Capitulum.xxvi.

Postq̄ noxiorum sanguis effusus est) Per hoc ꝙ dominus prece/pit post mortem peccatorum qui fuerunt vigintiquatuor milia numerare remanentes in vita sicut paterfamilias post gregis mortalitatem numerat ꝑtez remanentez ⁊ sic cognoscit numerū vtro rumq;. Moraliter fuit significatum ꝙ coram deo recolere debemus ⁊ numera re peccata nostra que sunt opera mortua ⁊ opera bona que sunt viua illa ad dolē/dum ⁊ de ipsis misericordiam postulan/dum. Ista vero ad agenduz gracias d̄o cuius adiutorio sunt facta Johannis.xv. Sine me nihil potestis facere. Et ysa.vi/cesimosexto. Omnia opera nostra opera tus es in nobis domine. Allegorice ve ro ꝑ hoc quod mortuis transgressoribus in deserto scd̄m dei sentenciaz supra posi tam decimoquarto capl'o numeratur h̄ nouus popul⁹ transiturus iordanem ⁊ ꝓ missionis terram intraturus. significatū fuit qd̄ populus numero ⁊ merito filia/li ad nouum pertinens testamentum. vt pote qui ꝑ sacramentum baptismi transi uit ꝑ iordanem significatur eo qd̄ ibi fu it institutum. quando saluator noster ta ctu sue sanctissime carnis contulit aquis virtutez regenerandi terram intrabit vi uencium fidelibus promissam.

Capitulū.xxvij.

Accesserunt autem filie salphaat. ⁊c.) Per hoc autem ꝙ istis mu/lieribus ex determinacōne domi ni data fuit hereditas inter viros genēis sui. significatum fuit ꝙ in adeptione here ditatis eterne nullam facit differenciam diuersitas seruum vel statuum. sed tantū meritorum. ad Galathas tercio. Quicū q; in christo baptisati estis christum indu istis in quo non est iudeus neque grecus non seruus. neque liber. non masculus. neque femina. Omnes enim vos vnum estis in christo ihesu. ergo semen abrahe estis scd̄m promissionem heredes. Und̄ ⁊ beata virgo maria non solum sup̄ om nes viros. sed ⁊ super omnes angelos in celis creditur exaltata. (Cunq; videris eam ibis et tu ad populum tuū sicut iuit frater tuus aaron. quia offendistis me in deserto syn in contradictionis multitudi nis. ꝛc.) Per hoc autem ꝙ Moyses audi to domini verbo de sua morte tunc non rogauit eum de prolongacione vite sue. Sed quasi sui oblitus rogauit eum pro bono populi sibi subiecti dicens. (Pro/uideat dominus deus spirituum omnis carnis hominē qui sit super multitudinē

hanc ⁊ possit exire ⁊ intrare ante eos ꝛc̄) ostenditur quātuz bonus princeps vl' prelatus de bono populi sui sit solicitus pro quo vitam suam debz exponere Johā .x. capitulo. Bonus pastor animā suaz dat pro ouibus suis. ⁊ de r̄ge codro refert valerius maximus qui cum responsum haberet ab apolline delphico ꝙ si interficeretur ab aduersarijs populus eius victoriam haberet. sinautem debellaretur scienter ⁊ latenter se prebuit ab hostibus iugulandum vt suuz ꝓplm liberaret.

Capitulum.xxviij.

Dixit quoqz domin⁹ ad moisen ꝛc̄)in hoc autē capitulo ⁊ sequenti agitur de solennitatib⁹ vetēis legis scz sabbato neomenia paschate penthecoste festo tubarum ⁊ expiacōis tabernaculorum ⁊ cetus quarū solēnitatuz exposicōnes mistice supra sunt posite Leui. xxiij. propter quod hic dimitto qui ei eas vult videre ibi recurrere pōt.

Capitulum .xxx.

Si quis virorum votum domino vouerit ꝛc̄.)in hoc autem capitulo agitur de voti obligacōe ⁊ ei⁹ reddicione ⁊ etiam de eius irritatione in quibus sensus literalis est etiam moralis propter quod non est hic alia moralitas requirenda.

Capitulū.xxxi.

Vlciscere pri⁹ filios israhel de madianitis ꝛc̄.) Madiam interpretatur iniquitas. ⁊ ideo per bellum circa madianitas significatur bellum hominū circa vicia ⁊ peccata. de quo bello dicit Seneca Pacem habeto cum hominibus ⁊ cum vicijs bellum. illi vero q̄ ad bellum contra madianitas iuerunt mares occiderunt primo ⁊ feminas reseruauerunt vt dicitur in textu. ⁊ ideo per illos significant̄ illi qui spiritualia vicia quer̄t extirpare carnalia reseruantes Nam ꝑm Augustinū per virum significatur intellect⁹ vel racio. per feminā vero sensualitas ꝓpter quod bene per maēs spiritualia vicia. ꝑ feminas vēo carnalia designantur ⁊ quia per vtraqz damnatur homo. non sufficit extipare illa sine istis propt̄ quod a moise de mulierum reseruacōne fuerūt merito reprehensi dicendo (cur femias reseruasti. nōne ille sunt que decepe filios israhel) ⁊ ideo distinxit de mulieribus. Nā illas que cognouerant viros in coitu precepit iugulari alias r̄seruari. ꝑ ꝑmas auiem significantur mot⁹ sensuales racōez ad consensum mortalis peccati trahētes ⁊ isti motus sunt totaliter extirpandi. per virgines autem significant̄ motus sensitiue partis qui non trahunt racōnem ad consensum peccati mortalis. ꝫ magis racioni deseruiunt in opere virtutis. sicut dicit ph̄us in quarto ethicorū. ꝙ fortis per racionem excitat in se motum ire ut expedicius actum fortitudinis exequatur (offerimus in donarijs domini singuli qđ n preda auri potuimus inuenire) ꝑ hoc significatur ꝙ victores viciorum hāc victoriam attribuere non debent virtuti ꝓprie sed bonitati diuine.

Capitulum.xxxij.

Filij autem ruben ⁊ gad ꝛc̄.) per ruben qui fuit primogenitus Jacob ⁊ tamen maculauit stratum eius vt dicitur Gen̄.xlix. intelligunt̄ mali prelati qui racōne status primatū tenent in ecclesia d̄i ⁊ tamē ipsam q̄ est stratum xp̄i maculant multiplicit̄ ꝑ vitam suam malā. de quo dici pōt illud psal.lxxix Deus venerūt gentes in hereditatē tuā pollue. tē. sanctū tuum. ꝛc̄. ꝑ gad vero q̄ fortuna interp̄tatur significātur clerici cupidi qui ꝯgregādis fortune bonis totaliter sunt intēti. ꝑ manasse vero qui interp̄tat̄ obliuio significātur religiosi. domū p̄ris sui debent obliuisci. Et qm̄ inter eos sunt aliqui valde mali ꝓpt̄ qđ dicit Aug⁹. sicut nō inueni meliores his q̄ in monasterijs ꝓfecerūt. ita nō inueni deterioēs ill' qui i ipsis defecerūt ⁊ isti mali significātur per diuinā tribū manasse q̄ cum alijs ruben ⁊ gad accepit possessiōez extra possessionis terrā r̄nūciātes iuri qđ in terra ꝓmissiōis eēnt habituri. ꝑ hoc aūt significatū fuit ꝙ p̄lati clerici ⁊ religiosi mali in sua malicia ꝑseuerātes possessiōez nō sunt in terra viuēcium habituri. ꝫ sunt bonis vite p̄ntis ꝯtēti. verūtamē de istis i textu d̄r ꝙ fuerūt ꝑati ad aq̄lonē terre ꝓmissiōis nō ꝓ se sed ꝓ alijs ꝑ qđ significat̄ ꝙ licet

habeāt malaz vitā multi tamē eoꝝ habēt sanā doctrinā. Math. xxiij. Super cathedrā moisi sederūt scribe ⁊ pharisei qđcūqꝫ vobis dixerint facite opa autē eoꝝ nolite facere. dicunt eni ⁊ nō faciunt ⁊ sic ꝑ bonam doctrinā alios ad terrā viuenciū inducunt ⁊ ab ea scipsos ꝑ malā vitam excludūt.

Capitulū. xxxij.

Hee sunt māsiones filioꝝ israel ꝛc̄) Per hoc autē ꝙ popul⁹ isrl̄ exiens de egipto venit ad terraz ꝓmissionis per. xlij. mansiones intelliguntur mistice. xlij. generacōnes ꝑ quas dei popul⁹ ab abrahā patre fidei nostre venit ad xp̄m ꝓut dicit̄ Math. i. ab abrahaz vsqꝫ ad dauid generacōes. xiiij. a dauid vsqꝫ ad transmigracōez babilonis generacōes. xiiij. ⁊ a transmigraciōe babilonis vsqꝫ ad xp̄m generacōes. xiiij. que simul iuncte sunt. xlij. Xp̄us autē est hereditas nobis ꝓmissa in veteri ac nouo testamēto Scđm Ambrosiū vero in sermōe. xl^c. ꝑ. xlij. masiones figurati fuerūt. xlij. dies quib⁹ i obseruacōe. xl. ieiunam⁹ dicēs sic eodē inquā numero moises ꝑ mansiones ꝑuenit ad requiem quo ⁊ nos ꝑ ieiunia ꝓperamus ad celum.

Capitulum. xxxiij.

In hoc capitulo describunt̄ termini terre ꝓmissionis ꝟm quatuor ꝑtes orbis que sunt oriēs occidēs aquilo meridies. ꝑ terrā vero ꝓmissionis significat̄ terra viuēcium siue vita beata que nūc est ꝓprie loquēdo celum empirreū Nam omnes āgeli ꝟm doctores catholicos fuerunt ibi creati non tn̄ tunc fuerūt beati qꝛ sic nulli cecidissent qđ est falsum Igitur terra viuēcium que idem est ꝙ vita beata duplicit̄ accipit̄ Uno modo obiectiue ⁊ sic ip̄e deus est vita beata nec habz termios. ꝫ ē infinita Baruch. iij. O israel q̄ꝫ magna est domus dei ⁊ ingens locus possessiōis e⁹ magnus et nō habet consummacōnem excelsus ⁊ immensus. Alio modo accipitur subiectiue ꝓut est formaliter in ip̄o beato et sic est terminata vita beata. huius termini sic possunt assignari ab oriente claritas diuine visionis. sicut ab oriente nobis ꝓuenit ortus lucis A meridie vēo sanitas fruitionis ꝓueniens ex feruoē dilectōnis. sicut a meridie ꝓuenit feruor caloris. ab occidente firmitas tencōnis. certi sunt eni omnes beati ꝙ nullo mō cadēt a sua beatitudie Ab aquilone vero a quo est omne malum Jhere. p̄. Jocūditas exultacōis quoniā videndo penas damnatorum quas euaserunt ex hoc habēt materiā exultacionis (hec sunt nomia virorum ꝛc̄.) ꝑ nouē principes terram diuidentes ꝓmissionis possunt ꝯueniēter itelligi nouē ordines angelorum. nam ꝑ eorum ministeriū electi ꝑducuntur ad terram viuenciū eam ꝟm varios gradus beatitudinis possessuri quos saluator Joh. xiiij. mansiōes appellat Hebreoꝝ. p̄. dicitur de angelis. Nōne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi ꝓpt̄ eos qui capiunt hereditatē salutis.

Capitulū. xxxiiij.

Precipe filijs israel vt dent leuitis de possessiōib⁹ suis vrbes ad habitandū ꝛc̄.) Per hoc significatū fuit ꝙ principes ⁊ populi xp̄iani debēt ꝓuidere illis qui deputati sunt ad cultū dī non solum de victu ⁊ vestitu. Sz eciam de locis ad habitandum oportunis (Decernite que vrbes esse debeant in presidia fugitiuorum) Ad hoc autem fuerunt sex vrbes assignate. tres vltra iordāez ⁊ tres citra. Jordanis autez interpretatur riu⁹ iudicij. ꝓpter quod ꝑ ipsum significatur rigor examinis extremi Sunt igitur tres ciuitates. i. tres ciuiū vnitates. nam ciuitas est ciuiū vnitas in quib⁹ vniūtur fideles qui sunt ciues scōrum ⁊ domestici dei Eph. ij. Has autē ciuitates vel ciuiū vnitates ponit apl̄s Eph. iiij. Un⁹ dominus vna fides vnū baptisma. sil̄r post iudiciū tres ciuitates vel ciuiū vnitates in q̄bus oēs electi in aima ⁊ corꝑe vniētur ꝯstituti dici pn̄t tres ꝑsone in trinitate ꝑsonaꝝ ⁊ vnitate eēncie. nā q̄libet ꝑsonaꝝ ē vna ꝑsonalit̄ ⁊ tres ꝑsone sunt vn⁹ deus eēncialiter. possent eciā dici tres iste ciuitates dei visio clara fruitio ꝑfcā ⁊ tentio firma Añ tn̄ iudiciū aie scōꝝ diuinā eēnciam ⁊ tres ꝑsonas vident et ea fruunt̄ ⁊ in ip̄a firmit̄ stabiliūt̄.

Explicit numeroꝝ

Incipit deuteronomiū.

gno lanceato) i. debita potestate ⁊ effica
ci ad hoc faciendū (igneq̄ꝫ cōburentur)
s. gehenne. si i suis peccatis moriantur (
hec nomina fortiū dauid) ꝑ quos signifi
catur bonus prelatus ⁊ eius coadiuto/
res (dauid sedꝫ in cathedra sapiētissim⁹
) per quod designat' ꝙ bonus p̄nceps.
vel prelatus qui habet alios iudicare. dꝫ
eos in sapientia superare (ip̄e est q. tener

rimus ligni vermiculus) sicut ligni v̄mi
culus est valde mollis ⁊ tñ perforat lig
num duꝝ. sic bonus princeps vel p̄latus
bonis est suauissim⁹ ⁊ contra rebelles ⁊
malos acutus. ideo subdit' (qui octingē
tos interfecit impetu vno) nā malorum
multitudine nō terretur. nec ab executio
ne iusticie ꝑditur (post hunc eleazar) per
istū significatur fortis bellator cōtra vi/
cia vsq̄ꝫ ad horā mortis. ideo subditur.
(Ip̄e stetit ⁊ percussit philisteos. donec
deficeret manus eius) in morte nāq̄ꝫ bel
lum contra vicia terminatur (Et p⁹ hūc
sāmaa ꝛc.) per istū significat' fortis defen
sor ecclesie ideo subdit' (Stetit illic in me
dio agri ⁊ tuitus est eū) ager iste ē eccle/
sia que est ager dei ih̄u christi. In quo se
minauit bonū semen (nec nō ⁊ ante des
cenderant tres ꝛc.) per istos significatur
bonus religiosus qui per obseruantiam
triū votoꝝ religionis efficit' triplicatus
⁊ ꝑ hoc haurit aquā salutaris sapiētie
de puteo sacre scripture qui dicit' altus.
Jo. iiij. ꝙ autē boni religiosi hanc hause
rint aquā. patet per libros Jero. August
⁊ alioꝝ doctoꝝ pluriū qui fuerunt reli
giosi. ⁊ hec aqua est dño libanda. nam
ad eius honorē est simpliciter ordināda
(Et banayas filius ioiade) de isto dicit'
ꝙ ip̄e interfecit duos leones moab ⁊ ter
cium leonē in dieb⁹ niuis. ⁊ significat vi
rum valde virtuosum in seculo. qui iras
cibilem ⁊ cōcupiscibilem significatas. ꝑ
duos leones moab qui īterpretat' ex pa
tre interimere studet rebellio aūt istaruꝫ
viriū contracta est ex p̄mo parente. ꝫ ho
mo virtuosus tollit eam. reducēdo irasci
bilem ⁊ concupiscibilē sub ratione. Per
terciū vero leonē significat' ꝯcupiscētia
oculoꝝ quā interficit per largitatē erga
pauperes (In diebus niuis). i. tempore
refrigescentis caritatis (Ip̄e quoq̄ꝫ int'
fecit viruꝫ egiptiū dignū spectaculo). i.
valde altum per quē significat' dyabol⁹
qui dicit' egiptius. i. tenebrosus ⁊ est val
de altus per superbiā. ip̄m aūt deijcit v̄
tuosus per veram humilitatem (Fecitq̄ꝫ
eū sibi auriculariū a secreto dauid) nam
bon⁹ p̄latus ⁊ p̄nceps figurat⁹ per dd̄
tales secretarios ⁊ ꝯsiliarios eum diligē

tia sibi querit Capl'm xxiiij.

Et addidit furor dñi irasci cõtra israhel). Ex hoc autem ostendit' ꝙ ꝓpt' maliciã ꝓpli permittit aliquãdo deus bonũ principem vel prelatũ errare. vnde dicit Grego. exponens locũ istũ ꝑm merita subditoꝝ disponunt' acta regentium. vnde sepe fit vt pro culpa gregis boni delinquat vita pastoris (vade ⁊ numera israhel ⁊ iudam) per dauid qui ex elatione precepit populũ numerari significatur quicũqꝫ superbiẽs de bonis operibus suis cum tñ sint ex bonitate dei ⁊ talis est similis phariseo dicenti Lu. xviij Non sum sicut ceteri homi. raptores. adulteri. Iniusti. velut etiam hic publicanus Ieiuno bis in sabbato decimas do omniũ que possideo. per hoc autez ꝙ populus dauid fuit mortalitate percussus significatur ꝙ opera bona de genere talis superbientis mortificãtur per peccatum superuenientis superbie sed quoniã aliquando talis superbus humiliatur et conteritur de peccatis. ideo ad hoc significandum subditur (percussit autez cor dauid eũ per contritionem) sed quia nõ sufficit contritio nisi confessio sequatur. habita oportunitate. ideo subdit'. (Et dixit dauid ad dominũ. peccaui valde in h̄ facto) Nam in confessione vera peccata sunt particulariter exprimenda ⁊ q̃niaz post confessiõez requirit' satisfactio ꝑ peccatum ideo subditur (triũ tibi datur optio.) Sequitur. (aut septez annis veniet tibi fames ꝛc̃) per hoc autẽ ꝙ dauid preelegit pestilentiã trium dierũ persecutiõi trium mensiũ ⁊ fami septẽ an. significat' ꝙ pena pro peccatis sustinenda in vita p̃senti magis est eligenda ⁊ acceptãda q̃ꝫ in purgatorio que longior ẽ aut inferno que aperte post est eterna. Per hoc autẽ ꝙ dauid dixit (vertatur obsecro ira tua contra me) ostenditur ꝙ princeps perfectus in bonitate paratus est exponere se morti pro populi sui saluatione Exemplũ huiusmodi dedit dominus noster Iesus christus d. Joh. x. Ego sum pastor bon⁹ ⁊ animã meam pono pro ouibus meis. hoc etiã fecit Codrus rex persaꝝ qui p̃elegit occidi ꝓpt' salutẽ ꝓpli sui vt d. ẽ. s. i

Incipit Tercius liber Regũ.

Et rex Dauid senuerat ꝛc̃) sicut frequenter dictũ ẽ per dauid figurat' dñs noster Iesus christ⁹ qui senex dicitur eo ꝙ eternus ẽ in deitate Hebre. xiij. Iesus xp̃us heri ⁊ hodie ip̃e ⁊ in secula (Cunqꝫ operiret' vestibus non calefiebat) per vestes significant' veteris legis obseruantie cerimoniales eo ꝙ magna pars eaꝝ in vestib⁹ cõsistebat .s. in vestibus singularibus sũmi sacerdotis. Et in vestibus specialibus minorum. sacerdotum. ⁊ leuitaꝝ. ⁊ generalit' in vestibus ꝓphaꝝ qui habebant fimbrias in suorum angulis pallioꝝ. (Dauid ergo vestibus non calefiebat.) quia cerimonialium obseruatio ex se domino nõ placebat. p̃s. xl. Sacrificiuz ⁊ oblatiões noluisti. aures autẽ perfe. mihi holo. ⁊ ꝓ peccato non postulasti. tunc dixi ecce venio. nam christus veniens in mundũ cerimonialẽ cultum corporalẽ mutauit in spiritualem qd̃ significat'. Jo. iiij. Venit hora in qua nõ in monte h̄. neque Jerosolimis adorabitis patrem. ꝫ veri adoratores erunt qui adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. ⁊ subditur. Spiritus est deus ⁊ eos qui adorant eum. in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. ideo dicit Aug in encherid. Fide spe ⁊ caritate colit' de⁹ ideo subditur (ꝙ abisach virgo pulcra) per quã significatur ecclesia que virgo ẽ sine macula ⁊ ruga (calefaciebat dauid) quia spiritualis cultus ecclesie consistẽs in fide spe ⁊ caritate est deo placitus ⁊ dilectus (Adonias filius agith eleuabatur d. ego regnabo) per istum significatur dignitatis ambitiosus cum tñ sit indignus ⁊ ideo quantũ põt pretẽdit se sufficiẽtem qd̃ nõt' cũ dr̃ (fecitqꝫ sibi currũ eq̃tes) ꝛc̃

tanq̃ potens ad agendũ r̃gni vel digni
tatis negocia querit etiã ad ꝯsequẽduz
ꝓpositũ q̃ntũ p̃t potẽtũ auxilia qd̃ nõt̃
ꝑ hoc qd̃ subdit̃ (Et sermo eius cũ Jo/
ab ⁊c̃.) ꝫ qꝛ talis ambiciosus frequẽter
a suo ꝓposito defraudat̃ et sui cõplices
ꝯfundunt̃ ideo seq̃tur (dixit qꝫ nathan
ad bersabee ⁊c̃.) per p̃ces ei eorum de
iectus fuit adonias cũ suis ꝯplicib⁹ ꝑ
qd̃ significat̃ ꝙ freq̃ter ambiciosi ꝑ p̃/
ces bonoruz vtriusqꝫ sexus a suis cona
tibus repellunt̃ (Imponite salomo
nẽ filiũ meũ sup̃ mulã meã ⁊ vngat eũ
sadoch sacerdos ⁊ nathan ꝓpheta) ꝑ
sadoch sacerdotẽ lex significat̃ ⁊ ꝑ na/
than ꝓphete ꝑ hoc ergo ꝙ vnxerũt sa/
lomonẽ i r̃gẽ significatũ fuit. ꝙ vnctio
veri salomonis ih̃u xp̃i in regẽ regum
fuit figurata ⁊ p̃nũciata in scriptura le
gis ⁊ ꝓphetarum (illi qꝫ p̃cipiaz vt sit
dux sup̃ israel et iudam) nã homo xp̃us
super angelos q̃ per israel ⁊ sup̃ hoies
qui per iudã significatur erat in gloria
sb̃limandus

Capl̃m. ij.

APpropinq̃uer̃t aũt dies dauid
vt moreretur ⁊c̃.) dd̃ autẽ añ
mortem suã salomoni filio suo
primo recõmendauit cultuz diuinum
scd̃o berzelay beneficiũ. Tercio Joab
⁊ semey suppliciũ ꝑ hoc autez significa
tur ꝙ bon⁹ rex vel princeps filios suos
p̃mo et p̃ncipaliter debet inducere ad
debitã dei veneratõez. scd̃o ad bonorũ
remuneratiõem et ꝓmotiõem. Tercio
ad malorum repressiõem ⁊ punitionez
Allegorice vero per hoc ꝙ dauid filio
suo recõmendauit Joab ⁊ semei puniti
tiõem. significat̃ ꝙ deus pater omne iu
diciuz dedit filio vt habet̃ Jo. v. et Act̃l.
x. dicit̃ de cristo ip̃e est qui ꝯstitut⁹ est a
deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ (Et ingres
sus est adonias ad bethsabee mr̃em sa
lomonis ⁊c̃.) per Adoniã qui primo a
dorauit regẽ salomonẽ. vt hẽtur in fine
capl̃i p̃cedentis ⁊ hic ꝑ mr̃imoniũ cũ
abisag maliciose voluit regnũ obtinere
significat̃ ãbicios⁹ malicios⁹ q̃ qd̃ ñ p̃t
obtinẽ ꝑ potẽciã studet hr̃e per malici
am fraudulentã (Abyathar q̃z sacer/
doti dixit rex. vade in anathoth ⁊c̃.) ꝑ
abiectiõem abyathar de sũmo sacerdo
tio ⁊ institutiõem sadoch Allegorice si
gnificata fuit abiectio veteris sacerdo/
cij. scd̃m ordinem leuitic̃. Et institutio
noui s̃m ordinẽ melchisedech qui obtu
lit panẽ et vinũ Gene. xiiij. per hanc fi/
guram deducit apostol⁹ i hebre. vij. Et
surrexit semey. ⁊ strauit asinũ suum ⁊c̃
) per semey qui clausurã intra ihr̃lz ac/
ceptauit et postea exiuit significatur ꝓ
fessus clausurã religiõis qui postea egre
ditur ꝑ tentatões diaboli mũdi vel car
nis ⁊ sicut semei mortem incurrit cor/
poralem sic iste mortẽ culpe ⁊ nisi vere
peniteat mortem gehenne

Capitulum. iij.

COnfirmatũ est regnũ in manu
salomonis ⁊c̃.) per coniunctõ
nẽ mr̃imonialẽ salomonis cuz
filia regis egipti Allegorice fuit figura
ta ꝯiunctio cristi cũ ecclesia de gentib⁹
collecta nec in hoc facto peccauit salo/
mon sicut plenius dixi in expositõe lr̃a
li ⁊ text⁹ etiã oñdit qꝛ subditur (dilexit
ãt salomon dñz) ꝓpter quod nõ potest
dici ꝙ hic ꝑ pec̃m significet̃ xp̃s ⁊ eccle
sie misteriũ (postula qd̃ vis vt dem tibi
⁊c̃) ꝑ h̃ ꝙ salomõ a dño pecijt sciaz ad
r̃genduz ꝓpl̃m s̃m honorez dei ⁊ cõem
vtilitatẽ ⁊ dñs sibi dedit et cũ hoc addi
dit diuicias et gl̃iam que decẽt regiam
maiestatẽ significat̃ ꝙ petentibus illa
que sunt ad honorẽ dei et bonũ cõis po
puli. non soluz petita a deo dantur sed
etiã alia ad que decentẽ statũ petentiũ
suffragãtur Math̃. vi. p̃mũ q̃rite regnũ
dei ⁊ iustitiam eius ⁊ hec oĩa adijcient̃
vobis (Si aũt ãbulaueris in vijs meis
⁊c̃) per hoc patet ꝙ dicta ꝓmissio ⁊ cõ
similes sunt sub ꝯditiõe quod homo de
beat in bono ꝑseuerare ¶ (Tunc vene
runt due mulieres meretrices ad regẽ
⁊c̃.) Allegorice per eas significãtur iu/
dea et gentilitas que per idolatriã for/
nicate fuerũt vt ptz sacrã scripturã ispi
cienti ⁊ de vtraqꝫ venerũt aliqui ꝑ fidẽ
ad xp̃m verũ salomonẽ etiã in ecclesia
p̃mitiua (per puerum autẽ viuum) de
quo due mulieres contender̃t significa/

tur opus meritoziuz ꝺ quo fuit contentio inter iudeam ꝙ gentilitatem. nã iudea dicebat fidem cristi non sufficẽ ad salutẽ nec per ꝺsequẽs ad opus meritorium fine legaliuz obꝺuatione ficut dicit act.xv. Nisi circũcidami scꝺz morẽ moisi non potestis salui fieri Econuerso vero aplus genciuz dicebat Gal.v. Si circũcidami nihil vobis proderit ꝙ ficquilibet dicebat filium suũ esse viuum ꝙ alterius mortuũ ꝓ hoc autẽ qꝺ dicit (diuidite infantem viuũ ꝛc.) significatum fuit ꝙ iudei ꝓmittebãt obꝺuaẽ legalia ad tempus scz vsqz ad publicatõnem euãgelij ꝙ gentilibꝰ fuit oppositũ ꝙ obꝺuarent aliqua legalia ad tẽpus scz ꝙ abstinerent ab immolato simulacrorum sanguine et suffocato ꝙ hoc ꝓpter quietum ꝙ pacificũ conuictum cũ iudeis qui abhorrebant vtentes tribꝰ dictis ficut plenꝰ exposui exponendo literaliter ẽ quia circũcisio ꝙ alia legalia post publicatiõem euãgelij cessauerũt tanꝯm mortifera puer viuꝰdatus fuit vni.s.ecclesie de gentibus collecte. naz ad salutẽ sufficit fiꝺs cristi ꝓ ꝺilectõez operans fine legalium obꝺuatione. Moraliter autẽ ꝓ iudicium salomonis ꝝm ex disquisitione affectus matrũ ꝓbatis docentur iudices veritatem inquirere ꝓ circumstancias vbi deficit humana ꝓbatio per testes ꝙ aliquãꝺo veritas ẽ inquirenda ꝓ moderatas questiones.

Capz.iiij.

Erat autez rex salomõ regnãs super israel)per salomonẽ aũt qui pacificus interꝓtatur ihs cristus significatur qui per sanguinem suuz pacificauit omnia que in celis sũt ꝙ i terris (per omnẽ israel) significatur ecclesia militans in qua deus videtur per fidem i enigmate ꝙ ecclesia triumphans in qua clare videt ꝙ apte (ꝙ hi ꝓncipes quos habebat)per quos significãtur ordines beatorũ in ecclesia triũphãte ꝙ diuersi gradꝰ ꝙ officia viatoꝝ i eccia militãte (habebat ãt salomõ xij. ꝓfectos ꝛc.) per quos significati sũt xij apli ꝓbentes annonã diñ veri salomonis ihu cristi ecclesiam pascẽdo verbo predicationis ꝙ actu celebrationis. nã in primitiua ecclesia quotidie fidelibus ministrabatur eukaristia ꝙ hoc in sortibus sibi assignatis scdm ordinatiõem veri salomonis (Juda ꝙ israel innumerabiles ꝛc̃) per hoc significata fuit multiplicatio credencium per vniuersum orbem etiam a tempore apostolorum. sicut diri plenius exponendo illud ps. ꝓ viñ. In omnem terraz exiuit sonus eorum ꝙ in fi. orterraruz (Dedit ꝙqz deus salomonez ꝛc̃) per hoc significat ꝙ homini cristo ab instanti sue conceptiõis data fuit omniũ noticia diuinitꝰque cognoscit deus sciencia visionis. (Et veniebant ꝺ cunctis populis ad audiendam sapienciã salomonis) et ꝙ ad audiendam cristi doctrinam venerunt multi non solum de iudea scꝺ etiam de alijs nationibus ꝙ terris vt patet in euangelio ꝙ in ecclesiastica hystoria

Capitulum .quintum

Misit quoqz hiraz rex tiri ꝺuos suos ꝛc̃) ꝓ istos figificati fuerunt nuncij regis Abagari ad xpm petentis per eos a cristo curari sicut habetur i ecclesiastica hystoria ꝙ ponitur in legenda sanctorum apostolorum simonis et iude (misit autem ꝙ salomon ad hiram ꝛc̃.) hic agitur de prepatiõe materie ad edificandũ domuz domini per quã allegorice militans ecclesia designatur ꝙ tanguntur hic quatuor scz materia artifices tempus operandi et operariorum merces Quãtũ ad ꝑmũ tria tanguntur scilicet lapides ꝙ ligna cedrina. Per lapides autem qui in fundamento ponuntur simplices laici significantur in quantum ex eorum laboze. cetera membra ecclesie sustentantur. clerici qui per intentionem erectaz ad deum debent ad modum abietis esse recti Jeronimꝰ clericus qui seruit ecclesie ꝑmo vocabulũ suũ interꝓtat nitat eẽ qꝺ dicit. cleros enim grece sors latine ꝺr igit clerici dicũt eo ꝙ sint de

sorte dñi vel dñs sit ps q sors clericorū
ꝑter qđ in capite tonsorati sunt ad si/
gnificādū celestiū appetitū(p ligna ce/
drina)religiosi ꝺsignant qz sicut cedr⁹
non terebratur verme sic religiosi talit
debēt viuere qp nō mordeātur verme ꝺ/
scie Circa scꝺz sciendū qp opatores a
liqui fuerunt iudei .s.salomonis ꝟui ali
qui sidonij q aliqui biblij Per iudeos
significāt ecclesie ꝓlati. Naz apli quoz
successores sunt epi fuerūt natiōe iudei
(per sidonios)qui venatores interptāt
significāt ꝓdicatores ad capiendū ani/
mas ipi christo discurrentes (p biblios
)vero qui litterati interptantur docto
res ecclesie in scriptis vl scolis significā
tur Quātū āt ad ēciū oparij p tres mē
ses ordinantur.p quos menses tria si/
gnificāt.s.ozō icīuniū q elemosina duo
ꝟma sunt ad deū q se ipz q iō significāt
in domib⁹ ꝑtijs mansiōem oparioz
terciū āt ē ad primū ꝑt qđ significat
actum opandi extra ꝑtium domicilū
Circa q̄tū duo ponunt.s.oleum et tri/
ticum (per oleum)aūt bona gratie de
signantur que sunt merces operariorū
in pñti vita(per triticū vero)bona gl̄e
significātur.nam ibi beati fruūtur illo
pane triticeo.qui dicit Jo.vi. Ego sum
panis viuus qc.q se ipm cōpat tritico
Jo.xij.Nisi granū frumēti cadēs in ter
ra qc.q ꝺ illo pane dicit Luc.xiij.btūs
qui man.pa.in regno dei. Ca.vi

Actū ē āt q̄drigēteſimo q octo
gesimo āno qc) ibic agit de ꝺi
dom⁹edificatiōe p q̄ꝫ significa
tur edificatio ecclie que a vero salomo/
ne xpo edificata est ẋtutib⁹ fidei doctri
na q sacramētis q̄tum ad ꝟmū descri
bit mensura dom⁹ scꝺm longitudinez
et⁹ latitudinē q altitudinē vsq ad ꝟmū
tabulatū(per longitudinē)significat ẋ
tus longanitatis q pseuerācie (p latitu/
dinē)diffusio pietatis et mie(p altitudi
nē)cōtēplatō celestiū patrie ꝟm illꝺ phit
ij.Nostra āt conuersatio in celis est in tō
vero dom⁹ altitudine erāt tres māsio/
nes vna supplaliā p inferiorē significatꝺ
tēplatio cōis hoim deuotoz (p mediā
)ꝺtēplatio ꝑphaz que fit per imagina
rias visiones(p supiorē vero)ꝺtēplatō
ꝑphalis que est sine talibus imaginib⁹
q figuris sicut dicit de ꝑphia dauid In
ꝓncipio glose libri psalmoz per latera
vero tēpli que fuerunt q̄tuor oriētale oc
cidētale aq̄lonaē meridionale ꝺsignā
tur q̄tuor virtutes cardinales de quib⁹
dicitur Apo.xxi.Et ciuitas erat in qua
dro posita sicut eni ecclia hic p templū
intelligitur sic ibi per ciuitatem signifi/
catur Quātuz aūt ad scꝺz.s.sacramen
ta noue legis sciendū qp templū salomo
nis habuit tres ꝑtes.s.porticū sanctū q
sanctum sanctoruz per porticū vbi erat
introitus sic nificat baptism⁹ qui est ia
nua sacramentorum Per mensā vero
ꝓpositionis que erat in ꝑte templi que
dicebat sanctum significatur eukaristie
sacramētū in quo fidelibus ꝓponit pa
nis vite et per.v.candelabra que ibidē
erant vt dicitur ca.se. significātur alia
v.sacramēta que cādelabra dicūtur ex
hoc qp i oibus sacramētis deuote susce
ptis gratia que virtutē habet illumina
tiuā ꝺfertur Quātū autē ad terciuum .s
doctrinā fidei xpi significabat p illa q̄
erant intra sanctum sanctoruū vbi erat
archa testamenti que erat vnica q sic si
gnificat vnitatē essēcie diuine.p illa ẋo
que erant intra archaz significatur tri
nitas psonarum qz per virgam que si
gnificāt potēcia significat ꝑsona pris
cui attribuit potencia per tabulas que
significant sapienciaz persona filij cui⁹
attributum est sapiencia(p manna dul
ce)psona spūsci cuius est bonitas at/
tributū Per hoc āt qp archa erat clau
sa significat qp rōes oim que facta sunt
vel fient in diuina sciencia claduntur
de quibus est creatio incarnatio resur/
rectio mortuorū redditio penaruz q p
miorum et cetēa ad fidē ecclesie pertinē
cia Per duos autez cherubin que pleni
tudo sciencie interpretantur ecclesie pre
lati et ministri in quibus requiritur sci
encia significātur q ipi sunt dispensato
res q ministri predictorum .nam indu
cere debent suos subditos ad virtutes
et eis administrare sacramenta et eos
docere de fide catholica Per binariuz

autem cherubin significatur geia cari/
tas que potissime relucere debet in p̄la
tis ecclesie ⁊ ministris

Capl'm vij

Domum autē suā edificauit sa/
lomon ⁊c̄) per q̄m significat̄ fi
delis anima in qua verus salo
mon Jesus cristus per gratiaz delecta
biliter requiescit ꝓuer .vij. Delicie mee
esse cum filijs hominuz In domo vero
salomonis quatuor erāt deambulato/
ria que in anima fideli significant ꝓces
sus scd̄m quatuor virtutum cardinali/
um opera (domuz quoqz fecit filie pha
raonis q̄m vxorem duxerat) ideo per
ip̄am significatur quelibz ꝑsona xp̄o ꝑ
integritatē fidei desponsata ij. Cor. xi.
Despondi vos vni viro virginem castā
exhibere cristo. domus autez hui⁹ vxo
ris est solitudo lectiōis ⁊ oratiōis Osee
ij. Ducaz eam in solitudinem ⁊ loquar
ad cor eius ⁊ canet. s. in oratōe ⁊ lectio
ne (Et tulit hirā de tiro) per hyrā qui
fuit gentilis ⁊ artifex sapiencia plenus
significatur quilibet literat⁹ ad fidē cri
sti de gentilitate vocatus tales fuerunt
dionisi⁹ ariopagita ⁊ alij pluēs quorū
vita ⁊ doctrina ecclesie domus ē edifica
ta (et finxit duas columnas ⁊c̄) Inter
multa vasa que fecit hiraz pro templo
salomonis tria fuerunt notabilia scili/
cet due columne mirabiles mare eneū
⁊ lutres Per colūnas itelligitur doctri
na doctoruz ecclesie per quam fides d̄
fenditur ⁊ roboratur ⁊ fideles de mori
bus instruūtur ꝓpter quod vna colum
narum vocata fuit (Jachim) .i. firmi/
tas ꝓpter fidei roboratiōem alia vero
booz id ē fortitudo quia doctria morū
mortificat contra passionū impulsum
Mare eneuz in quo lauabātur sacerdo
tes quando debebant ministrare in al
tari significat veram ɔfessionē in qua
sacerdotes noue legis accedētes ad al/
tare debēt lauari . Per lutres āt in q̄/
bus lauabantur carnes hostiarum of
ferende in altari holocaustorum signi/
ficātur lacrime contritionis ⁊ deuoti/
onis quib⁹ anime lote p̄parātur vt do

mino sanctum sacrificium offerāt p̄s.
.l. Sacrificiuz deo spiritus contri. cor
cō. ⁊ hu. deus non des.

Capl'z. viij

Tunc ɔgregati sunt oēs maio
res natu israel ⁊c̄.) hic agitur
de portatione arche testamēti ad locuz
sibi ꝑatuz in templo intra sanctū scōꝝ
ꝑ qd̄ significat̄ celum empireum qui ē
locus btōrum sicut dictū fuit Exo. xxv
dc̄m etiā fuit ibidē ꝙ per archam figu
rata fuit btā virgo maria ꝓpter quod
per hanc arche deportatiōem figurata
fuit huius virginis assumptio ꝑ maio/
res natu duces ⁊ p̄ncipes qui ɔgrega
ti fuerunt ad salomonē in arche depor
tatione significātur angeli de diuersis
ordinibus cum cristo venientes ad be/
ate virginis veneratiōem ⁊ eius assum
tionē Jero. in sermone legimus q̄m se
pe ad exequias ⁊ funera quorūlibet sā
ctoruz angelos aduenisse ⁊ exequijs eo
rum obsequia prestitisse nec ñ eoruz a/
nimas ad celum cum himnis ⁊ canti/
cis detulisse Sequit̄ ⁊ quanto magis
credendum est hodierna die miliciam
angelorum cum suis agmibus obuiaz
aduenisse genitrici dei eam qz ingen/
ti lumine circūfulsisse ⁊ vsqz ad tronuz
olim ante mundi constitutōem sibi ꝑa
tum cuz laudibus ⁊ canticis per duxis
se Sequit̄ ibidem nec immerito credit̄
ꝙ ip̄e saluator omnium per se totus fe
stiuus occurrit eam qz secum in trono
collocauit (Stetit autem salomō ante
altare dñi ⁊c̄.) per orationes autem sa
lomōis hic diffuse positas significātur
orōnes hominis cristi ⁊c̄. q̄s ꝓ suis fi
delibus in vita presenti adhuc de genti
bus offert deo patri (fecit ergo in tem
pore illo festiuitatem celebrem ⁊c̄)
Per quod significat̄ ꝙ beate virginis
assumptio debet esse valde celebris om
ni populo cristiano vnd̄ dicitur in qua
dam antiphona Ascendit cristus super
celos ⁊ preparauit sue castissime matri
immortalitatis locum ⁊ hec est illa pre
clara festiuitas omnium sanctorum fe
stiuitatib⁹ incōꝑabil' in q̄ gl'osa ⁊ felix

mirantibus celestis curie ordinib⁹ ad ethereuz ꝑuenit thalamuz q̄ pia sui memorum immemor nequaq̄z existit.

Capitulum.ix.

Factuz est autē cum ꝑfecisset salomō edificiū dñi ꝛc̄.)seq̄t̄ (Et tēplū qd̄ edificaui noi meo ꝓij ciaz ꝛc̄.)et ex h̄ patet ꝙ omnia exteriora que fiunt ad cultū diuinū sic̄ est materialis ecclesia vasa argentea aurea et vestes.quātūcunqz sint sumptuosa ꝛ p̄ciosa non sunt deo accepta nisi ꝓp̄t̄ cultum interiorem ministrorum et aliorū fidelium qui cultus cōsistit in actibus fidei spei.ꝛ caritatis vt dic̄ Aug. In ēcheridiū.fide spe ꝛ caritate colit̄ de⁹ vnde dicit Jero. quis sanctior exuꝑio tholosano qui corpus ꝛ sanguinē dei in vase vitreo ꝛ capella minima ɔsecrauit vt aurum et argentū distribueret pauperibus (de filijs autē irahel non constituit rex salomō ꝟuiē q̄q̄z ꝛc̄.) Israhel iterp̄tatur videns deū ꝛ ido per filios isrl̄ intelligunt̄ clerici ꝛ religiosi qui p̄ ceteris debent habere ɔgnitiōem dei.nec d̄bent ꝟuilibus opib⁹ occupari cui⁹ modi sunt mercatiōes ꝛ alia clericalē statum dedecēti a (ꝫ erant viri bellatores)scz cōtra vicia per virtutū exercitium et cōtra demones per orationis ꝛ lectōnis studiū vt p̄dicatiōis officiū valeant exercere (Et ministri eius ꝛ p̄ncipes ꝛ duces)In diuersis locis ecclesie dño ꝟuientes (Et p̄fecti curruū et equoꝝ)in bono regimie populorū sicut d̄ helia dicitur iiij.Re.ij.pat̄ mi.pater mi currus isrl̄ ꝛ auriga eius (Classē quoqz fec̄ rex salomon)per classem intelligit̄ ecclesia militans que adhuc nauigat.in hac āt classe fuerūt ꝟui salomōis ꝛ ꝟui hyraz ꝛ aurū multum apportauerūt ad salomonē vt dicit̄ in textu.per ꝟuos āt salomonis itelligūtur apostoli alij qz discipuli d̄ iudea ɔuersi.per ꝟuos aūt hirā gentilis intelligūt̄ hoies lr̄ati de gētilitate ɔuersi vt Dioni.Amb.Aug.ꝛ plures alij.per vtrosqz vero ꝟuos aurum multum sapiencie adquisitū est ecclesie ꝑ ɔñs ip̄i cristo inq̄ztum est eius spons⁹ verus salomon ꝛ predicti serui cum eo sunt in portu ecclesie triumphantis.

Capl̄m.x.

Sed ꝛ regina saba audita fama salomonis ꝛc̄.)per istam reginam que gentilis erat significatur ecclesia de gentibus collecta q̄ audita cristi fama ex eius miracul̄ per orbem diffusa.per fidem venit ad xp̄m et per exercitiuz deuoti studij diligēter inquisiuit veri salomonis sapiēciā in euāgelio ɔtentam.in tm̄ ꝙ quicquid in doctria philosophica vidit eē doctrine cristi dissonuz r̄putauit simpliciter esse falsum d.(Maior est sapiencia tua et opa tua q̄m rumor quē audiui in terra mea

Moraliter autem per reginā saba itelligit̄ anima humana que regina dicitur eo ꝙ est ad imaginē summi regl. facta (Per saba) vero que captiua interp̄tatur significatur eius fedacio per peccatum originale ex cōiunctione cuz corpore per quod efficit̄ ꝟua ꝛ etl. ex miserijs sequentib⁹ peccatuz originale ꝓpter qd̄ dicit ph̄s p̄mo methaphisice ꝙ humana natura mltiplicit̄ ē ancilla et amplius per actualia peccata in ꝟuitutem redigit̄ Jo.viij.Qui facit pcc̄m ꝟuus est peccati glosa.non vnius tantum domini.ꝫ tot dñoꝝ quot viciorum ꝛ sic multipliciter captiuatur.audiens tamen bonitatem cristi per predicatoris vocem tanquam regina saba venit ad verum salomonē de regione longinqua Ambro.super Luc̄.Quid est lōginqui⁹ q̄m a se r̄cedere venit āt per veram penitenciam.sicut filius prodigus qui a patre longe recesserat et experiēs bonitatem et mansuetudinez xp̄i ip̄am recipientis d.(probaui ꝙ media pars).s.boitatis xp̄i(m̄ narrata nō fuēat) per predicatorem (Fecit ergo rex salomon cc.scuta de auro purissimo)per que significātur orationes clericoruz ꝛ religiosoruz deuotorum.per centenarium eni qui consurgit ex mltiplicatiōe denarij per se ip̄z significatur implecio x.mandatorum et per binarium significatur gemina caritas dei scz ꝛ ꝓximi orationes autem facte ad d̄caloguz implentibus et caritatl.geminam haben/

tibus valida sunt scuta cōtra demonū insultus (Et ccc. peltas) per quas significātur orationes deuote laicorum qui sunt in triplici gradu scilicet incipiencium proficientium ⁊ perfectoꝝ. Per cētenariuz autē significatur implecio decalogi per modum predictuz ⁊ dicunt orationes iste pelte a pello pellis qꝛ r̄pellunt ictus tentationum ¶ (Fecit qꝫ rex salomon tronum) per quem significatur virgo Maria in cuius gremio sedit tanq̄m in trono nobilissimo recipiens trium regum homagia (de ebore) qđ ratōe albedinis ⁊ frigiditatis significat puritatem Marie in alijs refrigerātem motus libidinis (grandē) imo grādissimum meritis (Et vestiuit euz auro) feruētissime caritatis (qui habebat vi. gradus) ⁊ ɔtinētur Luce. i. p̄mus est oratio solitaria ⁊ notat̄ cuz dicit̄ ⁊ ingressus angel⁹ ad eā ber. sup̄ miss⁹ est quo ingressus in secreto cubiculo vbi orabat p̄rez i abscōdito. scđus ē v̄gialis v̄ecūdia ibi turbata ē in s̄mōe ei⁹. terci⁹ est discreta prudēcia ibi Et cogita. qualis es. ista salutatio. Quart⁹ inquirentis diligēcia ibi quō fi. is. qm̄ viruz nō cog. Quint⁹ humiliātis se decēcia ibi Ecce ancilla domini. vij. fidelis obediēcia ibi fiat mihi scđm verbum tuum (Et due manus hinc atqꝫ inde tenentes sedile.) per quas significātur operatiōes actiue vite ⁊ contēplatiue quia manus est organum organoruz iij. de anima Iste autez operationes excellenter fuerunt in virgine (Et duo leones stabāt iuxta manus) per quos significatur duplex fortitudo scilicz in aggrediendis arduis ⁊ in tolerandis aduersis (⁊ xij. leonculi) per quos significantur xij. fructus spiritussancti vt ponūtur Gal. v. sic. fructus autem spiritus est caritas gaudium pax paciencia longanimitas bonitas benignitas mansuetudo fides modestia ɔtinencia castitas (stantes super vi. grad⁹) per quos significātur vi. dona spiritussancti qui ponuntur Isa. xi. scđz hebraicaz veritatē requiescet sup̄ eam spiritus sapiencie ⁊ intellectus spiritus consilij et fortitudinis spirit⁹ sciēcie ⁊ implebit eum spiritus timoris domini In nr̄a vero trāslatione addit̄ donum pietatis (non est factum tale op⁹ in oīb⁹ regnis) nā in celis neqꝫ in t̄ris est aliq̄ pura creatura sibi similis

Capl̄m xi.

Rex autem salomon adamauit mulieres alienigenas multas ⁊c̄.) In hoc autem facto salomon non fuit figura cristi sicut dictuz est supra naz in ip̄o nullus fuit defect⁹ peccati sed in hoc facto salomon typū tenz sapientis hominis dei iudicio nob occulto a sapiencia cadentis qui sicut salomon tria colit idola scilicet (astartem deam sidoniorum) per delicie carnales significantur eo q̄ astartem plasmationis superfluitas interpretatur Semen autē in cuius emissione est delectatio vehemens de superfluo alimēti generatur (Et chamos deum moabitarum) per quē significātur diuicie tēporales eo q̄ chamos ɔgregatio interpretatur (Et maloch idolum amonitaruz) per qđ honores mūdiales significāt̄ eo q̄ moloch plage interp̄tat̄ p̄sone vero in magnis honoribus posite đ cōmuni cursu semper timent sibi đ plaga mortis gladio. vel veneno vel alijs modis contra eos excogitatis (Suscitauit autem dominus aduersarium salomoni ⁊c̄.) suscitauit autez domin⁹ salomoni tres aduersarios vt patet in textu p̄ q̄s significātur tres demōes q̄ homini a sapiencia điecto immittunt de predictis tentationes ⁊ sic euz inducunt ad multiplicem culpaz ⁊ post hoc trahūt nisi penituerit ad gehēnā Itē p̄ salomonē sapiētissimū p̄ mlieres tā miserabiliter deiectū ⁊ in senectute doceri dz q̄libet hō q̄ntūcūqꝫ sapiens et etiaz senex fugiēdi familiaritates mlieꝝ maxie suspectaꝝ ne sibi ɔtigat sile dispēdiū

Capl̄m xij

Dormiuit salomon cuz patrib⁹ suis ⁊c̄.) seq̄tur (regnauit qꝫ roboā filius eius pro eo) per roboā q̄ mortuo p̄re potentissimo sanū ɔsiliū dereliquit et consilio iuuenuz adherens p̄sumptuose p̄plo respondit d.

(pater meus aggrauauit iuguz vestrū ego auē addam iugo vr̄o) ⁊ sic ꝑdidit x. ꝑtes regni sui. datur filijs regum nobilium et potentuz vt non de se p̄sumāt nec ꝯsilio iuuenū qui sūt iexpti credāt ꝫ magis consilio senū exptorum adq̄escāt (dixit qꝫ Jeroboā in corde suo ⁊c̄)per istum Jeroboam quē dn̄s de hūili statu eleuauerat ad regnū ⁊ tamen statim fecit vitulos aureos ad tollendum cultum diuinum significātur illi de dei beneficijs ingrati. non solum deo grās debitas non referunt sed etiam ip̄z impugnant q̄ꝫtum possunt (Et ascendens altare ⁊c̄.) ⁊ sic post obtentum regnuz vsurpauit sibi sacerdotiū ⁊ sic per ip̄m significatur effrenatus ambiciosꝰ q̄ obtenta dignitate cuius etiam non est dignus conatur illam obtinere cum prima non obstante sua insufficiencia.

Capl'z. xiij.

Et ecce vir dei ⁊c̄.) per quez significatur predicator q̄ debz esse vir a constātia ⁊ dei ex bona vita (venit d̄ iuda in sermone dn̄i) Nam predicator a deo debet esse missus ⁊ hoc immediate vel mediante vicario eius Ro. x. qūo predicabunt nisi mittantur (Jeroboaz stante sup altare) per quem intelligit̄ publice peccans et iuerecunde ⁊ spūaliter existens in ptāte sicut Jeroboaz qui publice idolatrabat et alios ad hoc inducebat (⁊ cl'auit ꝯtra altare). i. cōtra idolatras ⁊ idolatriam ibi perpetratā (ecce nascetur filius de domo dauid Josias nomine) per quez significatur cristus et eius aduentus ad iudiciū. ideo subditur (Et immolabit sacerdotes super te). i. ꝓpter peccata super te facta ⁊ per sacerdotes istos intelliguntur mali prelati clerici ⁊ religiosi qui immolabūtur in iuditio qn̄ ꝑ cristi sentēciā detrudentur in inferno (Et ossa hoīm super te incendet) per hoīes intelligunt̄ laici peccatores ⁊ per ossa intelliguntur peccatorū corpa. naz illa damnatio erit simul in corpe et anima. p̄dicator autez debet ꝓclamare ista futura quia denūtiare debet penas ⁊ premia (Cunqꝫ audisset rex) sequit̄ (apprehendite eum ⁊c̄)per hoc ostēditur obstinatio peccāciū q̄ ad v̄ba p̄dicatoꝝ n̄ ꝯterūt̄ ⁊ qd̄ peiꝰ est aliquando ꝑsequūtur ⁊ tn̄ isti in necessitate corꝑali positi preces illoruz q̄s an̄ ꝑsecuti fuerūt petūt qd̄ significat̄ ꝑ hoc quod subditur (deprecare faciem domini ⁊c̄.) ꝙ nō est denegandu scd̄z doctrinaz cristi Math. v. orate ꝓ ꝑseq̄tibus ⁊ calūniantibꝰ vos. (ꝓphes āt senex) per istum autem falsuz prophetā ⁊ eius filios figurati fuerunt pseudo apostoli etiam eorum sequaces qui nitūtur impedire veros p̄dicatores. Per h̄ autem ꝙ verus propheta per falsum ꝓphetam fuit deceptus sicut dicitur īfra (Fefellit eum) significatum fuit scd̄m qd̄ dicit beatus Gregl. ꝙ ex miracul' que deus fecerat ad eius verba fuit elatus ⁊ ex hoc decipi ꝑmissus ꝓpter qd̄ predicatores verbi dei multum debent esse soliciti. ne propter bona que faciūt eleuentur ⁊ per consequēs a malis hominibus decipiantur ⁊ vlterius puniāt̄ sic̄ fuit iste de q̄ subditur (Inuenit euz leo in via ⁊ occidit) ⁊ per hanc penam ostenditur ꝙ peccauit sed ꝑ hoc ꝙ leo cadauer eius non tetigit sed intactū custodiuit ostēdit̄ ꝙ pc̄cato v̄e peituit ⁊ dei sententiam acceptauit ⁊ sic per mortez corporalē eius peccatū expiatū fuit Circa qd̄ considerādū ꝙ dominꝰ leues culpas iustorum in presenti aliqn̄ grauiter punit vt ꝑ hoc nobis appeat grauitas pene que pro grauibus culpis in futuro reseruatur infligenda Hebre. x Horrendū ē incidere manꝰ d̄i viuētis.

In illo tempore egrotauit)Ca. xiiij. abia ⁊c̄.) seq̄t̄ (Vade in sylo vbi ē haia ꝓpheta ⁊c̄.) Allegorice per hayam ꝓphetaz cristus significatur de quo Luc̄ vij. dicitur. ꝓpheta magnꝰ surrexit ī nobis per vxorem Jeroboam que simulatorie venit ad hayam significatur collegium scribarum et phariseoꝝ sil'atorie veniencium ad cristum vt eum caperēt in sermōe Math. xxij. Et sicut hayas simulatiōem mulieris percepit d. (quaē te aliaz esse simulas ego aūt ad te missus sum durus nuncius) sic cristus simulationes phariseorum ⁊ scribarum

ꝯgnoscēs eos increpauit d. quid me tē
tatis ipocrite ⁊ tanq̄m nuncius a deo
patre missus eis damnatiōez suā denū
ciauit Math. xxiij. ve vob scribe ⁊ pha
risei ipocrite ⁊c. ꝓpter quod fuit eis du
rus nuncius Moraliter autem ꝑ hayā
ꝓphetam intelligitur bonus prelatus
⁊ clare videns in suis operibus qui eni
hodie dicitur ꝓpheta olim appellabat
videns i. Regl. ix. per mulierez sil̄atoriā
significatur ꝑsona ficta. volens ascēde
re per suam fictionem sed bonus prela
tus ⁊ sensatus debet talez repellere nō
solum ab optato sed etiam ab obtento
quādo potest fieri bono mō. (In quito
anno regni roboaz ascendit sesach rex
egipti in ierusalem) Allegorice per ie/
rusalem intelligitur ecclesia militans
Per regē egipti que interpretatur tene
bra diabolus in tenebris peccatoruz et
inferni regnās Ipe vero ascendit ꝯtra
ecclesiam militantem ⁊ in magna ꝑte
abstulit (thesauros domus domini). i.
merita prelatoꝝ clericorum ⁊ religioso
rū per malam eorum vitam (⁊ thesau/
ros regios) id est merita p̄ncipum per
tirānidem ip̄orum (scuta quoqz aurea
que fecerat salomon). i. cristus per que
significātur veritates sacre scripture d̄
quibus dicitur ꝓuer. xxx. omnis s̄mo
dei ignitus clipeus est sp̄antibus in se
ista vero scuta abstulit diabolus. naz ꝑ
eius instinctum multi prelati clerici et
religiosi circa studiuz sacre scripture iā
non sunt intenti sed magis circa terre
na negocia que implicant ad peccata (
pro quibus fecit rex roboā scuta erea)
per roboam qui latitudo ꝓpl̄i interp̄ta
tur theologi ostentatores sui significāt̄
qui magis famam suam q̄m vtilitatez
doctrine dilatare nituntur ⁊ isti pro scu
tis aureis faciunt erea. naz dimissis ve
ritatibus theologicis docent ⁊ studēt
ph̄ica ⁊ logicalia ⁊ sic possunt dicere
factus sum velut es sonans aut cimba
lum tinniens

Capl̄z xv.

Igitur xvij. anno regni Jeroboā regna
uit abia super iudam) In hoc capitl̄o
scribitur historia regum abie ⁊ asa. In
complete tamen complecius vero poni
tur ij. ꝑalipp. xij. ca. ⁊ xiiij. ⁊ xv. ꝓpter
quod ibi ponetur expositio mistica do/
mino concedente (ascendit baasa rex i/
srael in iudaz et edificauit rama). i. for
talitiū magnum ⁊ excelsum ad impu/
gnandum regnum iuda ⁊ prohibendū
suos subditos ne transirent in ierusalē
ad adorandum dominū ꝓpter quod si
gnificat diabolum qui quantū potest i
pugnat eos qui numero et merito sunt
de regno xp̄i vt sub suo dominio ꝑtra/
hantur. ⁊ sil̄r peccatores qui iam sunt
de suo regno prohibet q̄ntum potest ne
ad gratiam reuertātur Et similiter fa/
ciunt sacerdotes ⁊ clerici impugnātes
religiosos pauperes ⁊ suos subditos i
pediūt ne ꝑ ꝯfessiōib⁹ recurrūt ad eos
ad habendum sanius consilium

Capl̄m xvi

Factus est autem sermo dn̄i ad
iehu filiū anani contra baasa
⁊c.) sequitur postea. (ob hanc
causam occidit euz) hela namqz filius
baasa occidit iehu ꝓphetā eo q̄ dixe/
rat ex persona dn̄i demetaz posteriora
baasa ⁊ sic nō solum ꝓphetauerat cō/
tra baasa ꝫ etiaz ꝯtra hela filium eius
⁊ per istos allegorice significati fuerūt
p̄ncipes iudeorum qui machinati sunt
in mortē xp̄i eo q̄ dixerat ciuitatē ⁊ tē/
plū destruenda Luce xix. vidēs ih̄us ci
uitatē fleuit sup illā dicens. qz si ꝯgno/
uisses ⁊ tu. seq̄tur quia veniēt dies in te
⁊ circūdabūt te inimici tui vallo coan
gustabunt te vndiqz ⁊ ad terraz ꝓster
nent te. ⁊ filios tuos qui in te sunt. ⁊c.
Moraliter autem per baasa ⁊ eius fi
lium significātur peccatores obstinati
qui ad verba p̄dicatorū a mal̄ suis nō
reuertuntur ⁊ qd̄ pei⁹ est ꝓut possunt
eos nequiter ꝑsequūt̄ (r̄gnauit zambri
) seq̄t̄ (emitqz mōtem samarie a somer
duob⁹ talentis argenti) somer interpre
tatur custodiens ⁊ ideo signat prelatū
ad quez spectat bona ecclesiastica custo
dire Per montem vero ecclesiastica
dignitas d̄signat̄ Igit̄ per zābri q̄ mō
tē emit a somer sigificat̄ simoniac⁹ q̄
p̄bēdā vl̄ gradū ecc̄iasticū emit a sup

ore ⁊ sic vt̄q̄ crim̄ icurrit simonie ⁊ ad
h̄ ꝯsonat interpretatio nois vtriusq̄ d̄
somer v̄o patet per predicta Amri v̄o
amaricans interpretat̄ ⁊ hec interp̄ta/
tio ꝯuenit simoniaco Naz ⁊ simoni a q̄
dicta fuit simonia dixit beatus Petrus
Act.viij. In felle amaritudinis ⁊ obli/
gatione iniq̄tatis video te esse volebat
eni spūalem emere potestatem vt patz
ibidem (Et regnauit achab) sequit̄
(Insup̄ duxit Jesabel) que interp̄tatur
fluxus sanguinis ⁊ iō significat q̄cūq̄z
p̄sonā sitibundā sanguinis inocētis vñ
⁊ ista iesabel occidi fecit Naboth inno/
centem (In diebus aūt eius edifica
uit Hayel de bethel iericho) per Hayel
qui viuens deo interp̄tatur p̄fitens in
religione significatur. q̄z si p̄fiteat̄ d̄bi
te moritur mundo ⁊ incipit deo viuere
p̄pter q̄d dicitur de bethel que domus
dei interp̄tatur Nam religio dom⁹ dei
nominatur Jericho vero interp̄tat̄ lu/
na que p̄pter sui variatiōem mundum
significat qui ē in mutabilitate ꝯtinua
igit̄ haiel Jericho reedificat. q̄n p̄fes
sus in religione in actibus mundanis ⁊
secularibus se occupat ⁊ in hac reedifi
catione tota proles eius moritur quia
bona opera sua mortificant̄ p̄pter q̄d
dicitur ij. Thi.ij. Nemo militans deo i
plicat se secularib⁹ negocijs vt ei place
at qui se probauit

Capituluz. decimū septimū

Et dixit helias thesbites de ha/
bitatoribus galaad) per gala
ad qui interpretatur aceruus
testimonij sacra scriptura significatur
in qua dei testimonia coaceruātur In
hoc autem aceruo doctor ⁊ predicator
debent habitare per diligens studium
sacre scripture quia significatur p̄ he/
liam p̄phetam ⁊ p̄dicatorem ⁊ sicut he
lias cessare fecit pluuiam ⁊ rorē p̄pter
achab ⁊ p̄pter eius nequiciā sic aliq̄n
p̄dicator cessaē debet a pluuia predica
tiōis p̄pt̄ p̄pli maliciā sic āt fecit paul⁹
Act.xix. Cum autem quidā induraren
tur et non crederent maledicētes viam
dei coram multitudine discedens ab
eis paul⁹ segregauit discipulos et Eze.
iij. Dixit domin⁹ ei linguam tuaz adhe
rere faciam palato tuo ⁊ eris mut⁹. q.
vir obiurgans quia domin⁹ exasp̄ans
est. et sic helias recessit ab achab ⁊ ei⁹
populo dicente sibi domino (recede hic
⁊ vade ⁊c̄.) Corui quoq̄z deferebāt ei
panez et carnes ⁊c̄.) ex hoc patet dei tc̄
circa seruos suos p̄uidēcia quia lauci⁹
pauit heliaz per aues q̄z per homines
Nam postea pauit eum per viduam pa
ne et aqua sed quoniā humana p̄uisio
non est contēnēda ideo domin⁹ fecit eū
petere buccellam panis a vidua muliē
per hoc autem q̄ farina vidue non de/
fecit ⁊ lechitus olei non fuit imminut⁹
significatum fuit q̄ sustentantibus dei
seruos non deficiūt bona temp̄alia ad
ꝯueniēciā vict⁹ ij. Cor.ix. qui autez ad
ministrat semen seminanti et panez ad
manducandum prestabit ⁊ augebit in
crementa fruguz iusticie vestre. vt i om
nibus locupletati abundetis in omnez
simplicitatem ideo sequitur (Et come/
dit ip̄e et illa et domus eius factum est
post hec verba egrotauit filius mulieris.
) sequitur (Ingressus es ad me vt r̄me
morarent̄ iniquitates mee) per hoc ostē
ditur q̄ predicator euāgelij qui per he
liam significatur vt predictum est In
domibus hospitum debet esse tam ex
emplaris vite q̄ filij hospitum id est o/
pera eorum mortua videantur in com/
p̄atiōe ad opera p̄dicatoꝝ per hoc āt
q̄ mulieris filius per preces helie fuit
a mortuis suscitatus. significatur q̄ o
pera recipienciū p̄dicatores per bonas
exhortationes et preces eorum videant̄
resuscitata per emendatiōem vite ip̄oꝝ
vt sic hospes possit dicere q̄d sequitur
(Nūc in isto cognoui q̄m vir dei es tu ⁊
v̄bum domini in ore tuo veruz est.)

C.xviij

Post multos dies fa/
ctum est verbuz dm̄ ad heliaz
dicens. vade ostende te achab
⁊c̄.) per hoc autem q̄ helias p̄pter ob
stinationem achab ⁊ populi eius a pre
dicatione cessauit ⁊ de terra recessit po
stea vero per afflictionez famis intelle/
ctu dato ip̄i achab ⁊ eius populo heli/
as redijt ⁊ increpationem rescripsit vt

patet in sequentibus. Et tunc eius verbum effectuz habuit quia tunc popul⁹ dixit (domin⁹ ip̄e est deus) ostenditur ꝙ predicator veritatis considerare dz oportunitatez temporis ad predicādū quia scriptum est Ecc̄i.iij. Tempus tacendi et tempus loquendi ꝓpter quod super illud Math.xxiij. Ecce ego mitto ad vos sapientes ⁊ scribas dicit Jero. Sapientes qui nouerint quādo ꝺ̄beāt proferre sermonez (Cunqz iam temp⁹ esset vt offerretur olocaustum ⁊c̄.) per sacrificium helie significatur sacrificiū p̄dicatoris de propria carne vnde paul' predicator ꝟitatis dicit.i. Cor.ix. Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo ne forte cum alijs p̄dicauerim ip̄e reprob⁹ efficiar ⁊ ad hoc sacrificiuz offerendum inducit nos apostol⁹ Rō. xij. Obsecro vos fratres per misericordiaz dei vt exhibeatis corpa vestra hostiam viuentem scām deo placentez rationabile obsequium vestrum sed quoniā nō solum caro sed ⁊ spiritus hominis est offerendus ideo ad hoc significandum facta fuit trina effusio aque super helie sacrificiuz per q̄m significatur ꝯplex effusio lacrimarum scilicet lacrimarum contritionis ex r̄cordatione peccatoꝝ Isa.xxxviij. (Dixit ezechias domino) recogitabo tibi omnes an.m.in ama. anime mee ⁊ ibidem sibi dicitur a dn̄o audiui orationez tuam ⁊ vidi lacrimā tuam. Effusio scd̄a est lacrimarum cōpassionis. ex cōpassione ad cristuz pro nobis passum Jo.xx. Maria sta. ad monumētū foris plorans. Tercia vero est Effusio lacrimaruz deuotionis ex dilectione premioruz p̄s.xli. Fuerunt mihi lacri.me.panes die ac nocte sequit̄ trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsqz ad domnz dei (Dixit qz helias apprehendite ꝓphetas baal) qui interpretatur deuorator ⁊ ideo ꝑ prophetas baal intelliguntur doctores ⁊ predicatores falsitatis ꝓpter questuz tempalē per hoc ergo qd̄ helias ꝓphetas baal occidit vt dicitur in textu significatur ꝙ predicator veritatis debet tales falsos p̄dicatores ⁊ doctores percutē gladio verbi diuini ⁊ denunciare eos occidendos per sentenciam dei (Ascēdit autem helias in verticem montis carmeli ⁊ pronus ⁊ in terram ⁊c̄) per hoc autem ꝙ helias suis precibus pluuiā impetrauit significatur ꝙ per orationes deuoti pastoris vel p̄dicatoris impetratur gratia saluatoris

Capl̄z xix.

Annūciauit autem achab iesabel omnia ⁊c̄.) sequitur (misit itaqz iesabel nuncium ad heliā) sicut in expositione sacre scripture fit aliquando transitus a capite cristo ad eius membra ꝓpter mutuam connexionem sic etiaz fit transitus ab vno cristi membro ad alid̄ ꝓpt̄ eādē rationē igit̄ sicut per heliam p̄us significat⁹ est bonus doctor vel predicator ita hic ꝑ eū significatur bonus discipulus doctori. vel predicatoris aut eius imitator per hoc ergo ꝙ helias fugit a facie iesabel significatur ꝙ bonus discipul⁹ fugere debet concupiscenciaz carnis que significatur per iesabel eo ꝙ interpretatur fluxus sanguinis ex cuius abundācia excitatur carnis concupiscencia (et ꝑrexit in desertum) per quod significatur religionis ingressus vel austeritas victus sed quia post ingressum religionis vel inchoationem vite austerioris aliqui tepescunt id̄o subditur (⁊ obdormiuit). tepor enim aliquando nominatur in scriptura sopor (Et ecce angelus domini tetigit eum) nam angelus custos hominis eum excitat ad bonum exercicium dicens. surge per mentis vigilanciam (et comede) sacram eukaristiam (grandis enim tibi restat via.) quasi diceret ipsa est tibi viaticum ducens ad patriam ideo sequitur (Et ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus vsqz ad montem dei oreb.) Per hanc ambulationem helie. significatur processus de bono in melius vsqz ad perfectionem vite que est peruentō vsqz ad

patriã in spe tñ que ẽ certa expectatõ fu
ture btitudinis ex gratia ⁊ meritis pro
ueniens. Per xl. vero dies naturales q̃
consurgunt ex ductu denarij per quat̃
narium significatur obseruancia deca
logi in fide xp̃i d̃scripta in libris q̃tuor
euangelistaꝝ (Et cum venisset illuc mã
sit in spelunca). i. in obscuritate fidei q̃
ẽ in enigmate quia q̃ꝫtũcũqꝫ ꝓficiat ho
mo in vita p̃nti tamẽ adhuc manet sub
fidei ꝯgnitione que multũ distat a p̃rie
claritate ido subdit̃ (quid hic agis he/
lia) q. d. non est adhuc tempus ꝑfecte
quietis sed laboris pro salute proximo/
rũ. cum necessitas hoc requirit. Et in
hoc arguit illos qui pro sua quiete ma
gis volũt ꝯtemplari dimissa ꝓximorũ
necessitate. Ereg. q̃ solitudinis loca q̃/
runt. hoc scire debent ꝙ tot animaruꝫ
rei sunt quot in publicum ꝓdeuntes ꝓ
desse potuerunt ideo sequit̃ (Egredere
⁊ sta in monte coram domino) ꝑatus
vocem eius audire ⁊ ope adimplere tñ
dicunt̃ h̃ tria transire anteq̃m dm̃ vox
audiatur p̃mum est sp̃us fortis ꝑ quez
suꝑbia vite significat̃ scd̃m est ꝯmotio
ꝑ quem ꝯcupiscencia mundi qui est sꝑ
in cõmotione. Terciũ est ignis per quẽ
ꝯcupiscencia carnis intelligit̃. Hec eni
tria oportet trãsire ⁊ totalit̃ auferri ab
eo qui aure mentis audire desiderat v̄
bũ dei (et p⁹ ignẽ sibul⁹ aure tenuis) qꝛ
post transitum predictorũ adest suaui/
tas sp̃ũssci per sibulum tenuẽ vel dulcẽ
significata ideo sb̃ditur (ibi dominus)
quid autem audiat a dño subditur (vn
ge asael ⁊c̃.) dicitur eniꝫ ei ꝙ vngat du
os reges ad puniẽdũ idolatras gladio
⁊ vnum ꝓphetaꝫ verbo per quod signi
ficatur ꝙ in ecclesia aliqui dimittũtur
puniendi gladio materiali. aliqui vero
puniuntur tantũ gladio sp̃uali. C. xx

Porro benadab rex sirie cõgre
gauit exercitum suum) Siria
sublimis interp̃tatur. ideo per
regem sirie diabolus significatur de q̃
dicit̃ Job xli. Omne sublime videt Naꝫ
suꝑbissimus est. ideo de ip̃o dr̃ ibidem
Et ip̃e est super omnes filios suꝑbie ip̃e
vero congregat exercitum suum cõtra
homines ad subijciendũ sibi per pecca
tum ⁊ maxime ꝯtra illos qui a sua ser
uitute recesserant per penitencie sacra
mẽtuꝫ ⁊ isti bene significãtur per filios
israhel qui recesserant a cl̃tu baal ⁊ ad
heserant deo dicẽtes dñs ip̃e est deus
vt habet̃ supra xviij. c. sed dñs facit euꝫ
suꝑari cuꝫ suo exercitu. ꝑ pedissequos
p̃ncipum prouinciaꝝ. per quos ꝯueniẽ
ter itelligi possũt pauperes p̃dicatores
qui discurrunt pedites ad predicãduꝫ
contra vicia ex auctoritate prelatoruꝫ
qui bene dicũt̃ p̃ncipes eo qd̃ sũt succes
sores apostoloruꝫ de quibus dicit̃ p̃s.
xliiij. Constitues eos p̃n. super omnem
ter. ⁊c̃. per predicatiõem vero pauperũ
rel̃osorum multi peccatores conuertũ
tur ad bonum ⁊ sic in eis diabolus cũ
suo exercitu suꝑatur (Serui vero regi.
sirie dixerunt dij mõciuꝫ sunt dij eorũ
ideo suꝑauerunt nos in montibus) ꝑ
seruos regis sirie intelliguntur demões
qui sũt sub suo principe Ipsi vero aliqñ
pugnant cum viris sanctis in montib⁹
. s. quando nituntur eos impedire a de
uotis oratiõibus que montes dicũtur
qꝛ scd̃m Damascenũ. oratio est ascens⁹
mentis in deũ. ꝫ ibi d̃bellãtur. qꝛ virtu
te orationis ꝑseuerantis fugant̃ qd̃ fu
it figuratum Exod̃ xviij vbi dicit̃ ꝙ a/
malech cũ suo exercitu fugatus fuit et
deuictus per moysen in monte orantẽ
ꝫ demones sic deuicti a viris deuotis a
liquando r̃uertuntur ad pugnãduꝫ cũ
eis (In campestrib⁹). Nam alñ viri de
uoti occupantur circa administratões
tꝑalem curam requirẽtes ꝓpter quod
per campestria designantur ⁊ demones
sperãtes eos ibi suis tentatiõib⁹ deuin/
cere ꝫ frequenter ꝯtingit ꝙ sic̃ victi fu
erunt in montibus sic in campestribus
debellantur ⁊ hoc est qñ viri deuoti in
admistratõib⁹ sibi cõmissis bene se ha
bent ad honorem dei. et bonũ ꝓximi ꝫ
aliqñ ꝯtingit deo ꝑmittente ⁊ diabolo
ꝓcurante ꝙ ex tali victoria victor i su/
perbiam erigitur et sic cuꝫ diabolo qui
rex ẽ suꝑ filios superbie confedẽatur et
h̃ per fedus achab. cum rege sirie signi
ficatur Per hoc autez ꝙ propheta icre

pauit achab de hoc federe d. (quia di/
misisti virum dignum morte de manu
tua erit anima tua pro anima eius) si/
gnificatur ꝙ ex tali federe cum demõe
incurritur mors gehẽne

Capitulum xxi.

POst hec autem verba illo tem/
poẽ vinea erat naboth iesraeli
te) per vineam naboch potest i
telligi possessio vel aliqđ bonum viri. ꝑ
achab regem hanc vineam cupientem
homo quicunqꝫ ⁊ maxime potens q̃ cu
pidus est boni alieni. per vxorem autez
achab que viam pessimam inuenit ha
bendi vineam predictam scilicet per in
nocentis mortem significãtur homies
mali qui sunt potentibus coniuncti et
dant eis consilia pessima rapiendi sim
plicium ⁊ innocentum bona (Factꝰ
est ergo sermo domini ad heliam ⁊ c̃.)
qui achab descendenti ad possidenduz
vineam predictam denunciauit ex ꝑte
domini terribilem sententiaz contra se
⁊ vxorem suam Per qđ designatur ꝙ
predicator veritatis contra malos ho/
mines ⁊ eius consiliarios debet predi/
care constanter ⁊ denunciare nisi peni
teant penam eternam (Itaqꝫ cum au/
disset achab sermones istos scidit vestẽ
suaz) in signũ penitencie ꝓpter quod pe
na cominata fuit ad tempus dilata et
hoc significatur ꝙ quãdo peccator ꝟe
penitet eterna pena q̃m meruẽat in tẽ
poralez commutatur.

Capl'm xxi.

TRansierũt igitur tres ãni absqꝫ
bello ⁊c̃.) sequitur.) descendit
Josaphat rex iuda ad regem
israel) per affinitatem Josaphath iusti
cum achab pessimo significatur socie/
tas iusti cuiuslibet cum iniquo de qua
iustus est arguẽdus ꝓpter quod infra
dicitur ip̃i iosaphath ꝑ prophetã Im/
pio prebes auxilium ⁊ his qui oderunt
dominũ amicicia iungẽs ⁊ ideo irã do/
mini merebaris sed bona opera inuen
ta sunt in te ⁊ non solum maluz spiritu
ale prouenit iusto ex impñ societate sed
etiam aliqñ maluz corporale sicut fuit
in proposito Nam Josaphath ex socie/
tate cum achab in prelio fuit in mortis
periculo nam achab iniquus sub spe/
cie honorandi Josaphath. fecit eum in
gredi bellũ in appatu regio vt sic totuz
belli super euz verteretur sed dei proui
dẽcia Josaphath clamauit ad dominũ
⁊ sic fuit liberatus ⁊ achab deceptor fu
it letaliter vulneratus scđm quod scri
bit̃ Prouer. xxvi. Qui fodit foueam in
cidet in eam (Et linxerũt canes sangui
nem eius) scilicet achab per istos canes
significantur demones peccatorum a/
nimas cruciantes Cetera vero que de
Josaphath hic scribuntur complecius
ponũtur ij. ꝑalipp. capitulo xvij. ⁊ xviij
⁊ xix. ⁊ xx. ⁊ ibi ponetur expositio misti
ca domino concedente.

Explicit tercius Regum.
Liber.
Incipit Quartus.

PReuaricatus est autẽ
mines caritatiui quorū corda sunt ad deū
⁊ proximū dilatata ij. Cor̄. vi. Os nr̄ꝫ pa
tet ad vos chorinthij. cor nr̄m dilatatum
est ⁊ sequitur dilatami ⁊ vos (de dan etiā
p̄parati ad belluꝫ) dan interp̄tat̄ iudiciū
ideo per istos significātur boni iudices in
iudicando v̄itatem ⁊ exequendo constan
tes id̄o dicuntur ꝑati ad prelium contra
veritatis et iusticie turbatores (de aser e/
gredientes ad pugnā) aser interpretat̄ be
atitudo ꝓpter quod per istos significātur
illi qui falsam beatitudinē huius seculi re
spuunt ⁊ veram beatitudinem totis viri/
bus concupiscunt ꝓpter quod ad pugnan
dum contra vicia viriliter se opponunt
(Trans iordanem autem de filijs ruben
et gad) ruben visionis filius interpretatur
⁊ gad feliciter ꝓpter quod isti duo simul
iungūtur. nam per rubenitas significātur
excellentes in contemplatione diuinorum
⁊ isti iam in presenti viuunt feliciter degu
stando suauiter bonorum dulcedinem su/
pernoruꝫ dicēte p̄s. Gustate ⁊ videte qu.
sua. est domin⁹ ⁊c̄. omnes autem isti pre/
dicti sunt de exercitu ⁊ societate v̄i dauid
Jesu cristi. Capl̄ꝫ xiij.

Inijt autem consilium dauid. cuꝫ
tribunis ⁊ cēturionib⁹ ⁊c̄.) expo/
sitio mistica huius capituli poita
est ij. Re. vi. Capl̄m xiiij.

Misit quoqꝫ hiram rex tyri ⁊c̄.) ex/
positio huius capituli poita est ij.
Re. v. vsqꝫ ibi (accepit qꝫ dauid a
lias vxores in ierusalem) per dauid signi
ficatur xp̄s vt dictū est frequēter ꝑ p̄mas
eius vxores intelligi possunt sinagoga et
ecclesia ꝓut diuiditur contra sinagogaꝫ
que quidem ecclesia in allegorico sb̄u ie/
rusalez noiatur igitur per vxores quas ac
cepit dauid i ierusalez ꝑsone deuote signi/
ficātur que in ecclesia per obseruantiaꝫ ca
stitatis vel integritatem fidei xp̄o despon/
santur ij. Cor̄. xi. despōdi vos vni viro v̄/
ginem cas. exhibere xp̄o (audientes autez
philistijm ꝙ vnctus essꝫ dauid in regez su
per vniuersum israel) huius expositio mi/

Fecit (Istica posita ē. ij. Re. v. ca. qz domos sibi i ciuitate dauid) per q̄m significat̄ ecclesia que est ciuitas xp̄i ciuitas enim dicitur quasi ciuiuz vnitas omnes autem qui numero ⁊ merito sūt de ecclesia dei. vniti sunt in fide ⁊ caritate cristi per domos igitur in ciuitate dd̄ significantur diuersi status in ecclesia. s. p̄latorū clericoꝝ r̄ligiosoꝝ ⁊ laicoꝝ in q̄bus omnibus habitat per gratiā verus dauid ih̄s cristus (Illicituz est vt a quocunqz portet̄ archa dei nisi a leuitl.) ꝑ qd̄ significatur ꝙ in ministerio sacram̄ti eukaristie in quo ꝯtinetur xp̄s soli sacerdotes ⁊ ministri ad hoc ordinati accedere debent ⁊ nō alij ꝓpter quod sequit̄ infra (scificati sūt ergo sacer. ⁊ leuite vt portaētur archa dn̄i ⁊c̄.) p quod significat̄ ꝙ in ministerio sacram̄ti eukaristie vt d̄bite fiat. nō sufficit grad⁹ ordinis nisi cū hoc sit puritas mētis ⁊ corꝑis (dixit q̄z dd̄ p̄ncipib⁹ leuitaꝝ vt cōstituerēt de fr̄ib⁹ suis cantoēs in organis ⁊c̄.) per que significātur orōnes deuote que fiunt i ecclesia in quibus etiā cantus addend⁹ est aliquādo ⁊ melodia ꝑ quāto facit ad excitatiōem deuotionis Varie namqz melodie varias excitant passiones. nam alique excitant ad audaciam quib⁹ vtūtur hoies in bellis ⁊ aliq̄ ad ꝯpassionem quibus vtebantur antiquit⁹ in sepulturis ⁊ alique ad dissolutionē quib⁹ iuuenes vtuntur in choreis. ⁊ alique ad deuotiōez quibus ⁊ non alijs vtendum est in ecclesijs (Michol filia saul prospiciens per fenestram vidit dauid ⁊ despexit euz) eo ꝙ erat i humili vestitu corā ꝓpl'o suo vt habetur pleni⁹ ij. Re. vi. ꝑ michol igitur significatur iudea. q̄ verum dauid ih̄z xp̄z despexit eo ꝙ corā iudeis apparuit i humilitate ⁊ pauꝑtate magna cum tamē ex hoc eum debuisset honorare sicut premonita fuerat verbo zacharie ꝓph̄e ix. ca. exulta satis filia si on iubila filia irl'm ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator ip̄e pauper ⁊ ascendens super asinam ⁊c̄ Et sicut michol ex illo cōtēptu facta fuit de cetero sterilis vt dr̄ ij. Re. vi. igitur michol filie saul nō est natus filius vsqz ad diem mortis sue. sic iudea ꝓpt̄ ꝯtemptū cristi sterilis facta ē in bonis gratie ⁊ etiā fortune

Capl'm. xvi.

Attulerunt igitur archā dei) per q̄m sicut dictum est intelligit̄ eukaristia ꝯtinens ip̄m cristum. (Et constituerunt eam in medio tabernaculi) per qd̄ ecclesia significat̄ in qua eukaristia sicut lignū vite in ꝑadisi medio collocatur (⁊ obtulerūt ibi olocausta). s. diuine laudis que debent offerri coram eukaristia p̄s. xlix. Sacrificium laudis honorificauit me (diuisit vniuersis ꝑ singulos) per qd̄ ostendunt̄ dona cristi. sine acceptiōe ꝑsonaꝝ ꝯferri Act. x. In veritate cōꝑi qd̄ non est ꝑsonarum acceptor d̄us sed in omni gente qui timet deū ⁊ oꝑatur iusticiā accept⁹ est illi (tortā pais) id est ꝑtem in meritis cristi qui est pais vite ⁊ tortus fuit in sua benedicta passione (Et partem asse carnis). i. ꝑticipationem in martirum meritis quoꝝ caro fuit assata in igne tribulatōis (⁊ frixā oleo sil'am). i. ꝑticipatiōem in meritis v̄ginū ⁊ ꝯfessorū. fuerūt eni simila que est farina tritici purgatissima per mentis ⁊ corporis puritatez (⁊ oleo frixa) per misericordie pietatem (Cōstituit qz corā archa dei d̄ leuitis qui ministrarēt ⁊c̄) vult. n. nr̄ dauid ih̄us cristus ꝙ corp⁹ suū in eukaristia a ministris ecc̄e debite veneret̄ (In illa die). i. tꝑe ecc̄e p̄mitiue (fec̄ dd̄). i. cristus (p̄ncipem ad ꝯfitendū dn̄o asaph ⁊ fratres eius) per asaph qui ꝯgregans interp̄tatur sūmus pontifex significat̄ sb̄ cui⁹ cura xp̄ian⁹ ꝓpl'us ꝯgregat̄ ꝑ fr̄es ei⁹ cardinales p̄riarche archiep̄i ep̄i intelligūt̄ qz fr̄es sūmi pontificis nominātur ip̄i vero ꝯstituti sūt a cristo ad ꝯfitendum dn̄o cōfessiōe laudis sb̄ p̄ncipatu sūmi pontificis (Cōfitemi domino ⁊c̄) hic cōsequēter ponit̄ dicte laudis cōfessio cum dicit̄ (confitemini dn̄o). s. cōfessione laudis ⁊ graciaꝝ actionis ꝑ beneficijs iā adq̄sitis (Et inuocate nomē ei⁹) ꝑ bōis spūalib⁹ m̄ltiplicandis (Notas facite i ꝓpl'is adinuē. eoꝝ) p̄dicādo eis diuersos modos saluādi fideles suos scd̄z eorum status varios (Cātate ei) ore. (⁊ psallite) mente. (⁊ narrate omnia mirabilia eius) que fecit diuersis temporib⁹

laudate nomen sanctū ei⁹ in officijs dinis (querite dominū).i.deū patrem (⁊ virtutem eius).i.filium qui dicit̄ dei virtus i.Cor.i.Predicamus cristū dei virtutez ⁊c̄.(recordamini mirabilium eius) repetitio est sentēcie predicte sicut frequēter fit in canticis (semē israel serui eius ⁊c̄.) id est xp̄iani qui vere seruiunt ei semē israel debent dici Ro.ij. nō enī qui in manifesto iudeus neqz que in manifesto in carne circūcisio sed qui in abscondito iudeus ⁊ circūcisio cordis in spū non littera cui⁹ laus non ex hoibus sed ex deo est (recordami in sempiternū pacti eius).i.euāgelij qđ est lex noua cui non succedet alia ꝓpter qđ dicitur in sempiternū recordanda (q̄m pepigit cū abrahaz).i.beato petro quez constituit ecclesie pastorem ⁊ per consequens multarum gencium patrē (⁊ iuramenti illius cuz ysaac).i.cum beato clemente qui petro successit in ecclesie regimine ⁊ dicit̄ isaac qui interp̄tatur risus.nam beat⁹ clemens fuit valde dulcis ⁊ amicabilis oib⁹ (Et constituit illud iacob) i.cuicunqz qui studet diabolum supplantare (et israel).i cuilibet celestiuz ꝯtemplatori d.(tibi dabo terram).s.viuenciuz que est hereditas fidelium per terram ꝓmissionis figurata (Cum essent numero pauci).s.in ecclesia p̄mitiua (ꝑui).i.abiecti in ꝯspectu potentum huius mundi (et trāsierunt de gente i gentē) predicādo per orbez (non dimisit quēquā calūniari eos).s.ad ipedimētum fidei ⁊ meriti.nam in ꝑsecutione maxima fidelium.maxime creuit fides ⁊ eorū meritum (Sed increpauit pro eis reges) vt patet de ꝯstantino quē ꝓpter hoc ꝑcussit elephantie morbo (nolite tāgere xp̄os meos).s.tactu nociuo impediente eorū meritum vel fidei incrementuz (Cantate domino ⁊c̄) repetitio est sentēcie supra posite ad maiorem deuotionis excitatiōem (qz magnus domin⁹) magnitudine cuius nō est finis (Et laudabilis nimis).i. supra v̄tutem omnis creature Ecc̄i.xliij. benedicētes dn̄m exaltate eum. q̄ztum potestis maior est enim omni laude (cōfessio) scilicet laudis (et magnificēcia coram illo) p̄s lxxxiiij.beati qui habi. in do. tua domine in se.se.lau.te (afferte domino gloriam) que est clara noticia cum laude (⁊ impiuz) id est reuerenciam (et timorem) scilicet filialem (date gloriaz dn̄o) repetitio est eiusdem sicut supra (et adorate dominū in decore sancto) non ficto sicut ipocrite adorāt (commoueatur a facie illius omnis terra id est omnes habitantes terram (eius potenciam contremiscant (Ipse enī fundauit orbem immobilez) licet eniz partes eius moueantur tamen totum manet in eodem loco (letentur celi) id est ciues celestes (et exultet terra) id est militans ecclesia (tonet mare ⁊c̄) per mare qđ est locus aquarum intelliguntur doctores ecclesie continentes aquas sapiencie salutaris et ip̄i tonare debent tonitruo predicationis (tunc laudabunt ligna saltus) id est p̄ncipes catholici qui sunt super alios eleuati (exultent agri) id est simplices cristiani i.Cor.iij.Dei agricultura estis (Dereliquit autem).s.dđ.ibi (Coram archa federis dn̄i asaph et fratres ei⁹ vt ministrarent ⁊c̄.) vult eniz verus dauid Jesus cristus ꝙ in ecclesijs in quibus est corpus suum in eukaristie sacramento sint semper ministri ad eius obsequium preparati.

Capl̄m.xvij.

Cum autem habitaret dauid i domo sua ⁊c̄.) hec historia et ei⁹ expositio mistica posite sunt ij. Re. vij.capitulo.

Capl̄m.xviij.

Factum est autem post hoc vt percuteret dauid philistim) expositio mistica huius historie posita est ij.Re.viij capl̄o.

Capl̄m xix.

Accidit autem vt moreretur naas rex filiorum amon) huius historie misticaz expositiōem require ij.Re.x.capl̄o

Capitulum vicesimum.

Factum est autem post anni circulum) huius historie expositio mistica ij.Re.xxi.ca. requiratur.

Capl̄m xxi.

Cum āt surrexit sathā contra isrl̄) expositionem misticam hui⁹ historie require ij.Re.xxiiij. capitl̄o

Capitulum vicesimum scđm.

Dixit q3 dauid hec est domus domini ꝛc̄) In hoc capitulo agit̄ de p̄paratiōe q̄m fecit dauid ad domus dei edificatiōem q̄ significat Allegorice militantis ecclesie ꝯstructionez q̄tum autē ad materiā huius p̄paratio nis vi. ponuntur scz aurum argentū es ferrum ligna cedrina. ꝛ lapides ꝛ ꝑ ista significant̄ fideles in diuersis statib⁹. ex quibus ecclesia militans est ꝯstructa (ꝑ aurum) enim significāt̄ ecclesie rectores qui sicut aurum alia p̄cellit metalla sic d̄bent esse popularib⁹ meliores Gregl. tm̄ trāscendere debet actionē populi actio p̄sulis. q̄tum distat a grege vita pastoris (per argentū) autē intelligūtur sacre scripture doctores ꝛ predicatores q̄ tanq̄m argentū debent esse vita mundi ꝛ eloquēcia sonori Per es vero qd̄ est solidū ꝛ sonorū intelliguntur simplices clerici ꝛ religiosi qui debent esse in fide solidi ꝛ in diuinis laudibus sonori (per ferrum) vero p̄ncipes ꝛ milites designantur. nam ab eis per ferrum ecclesia d̄fensat̄ (ꝑ ligna vero cedrina) que sunt alta significāt̄ cōtemplatiui (per lapid̄s) autē que sustētāt alia significātur actiui. nā eorum laboribus alie ꝑtes ecclesie sustentant̄ (habes quoq3 plurimos artifices) artifices vero ꝯstructiōis sunt tres ꝑsone pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanctus quoꝝ opa sunt indiuisa ꝛ qm̄ sapie eorum non est numer⁹ ideo sb̄ditur (ad faciendū opus prudentissimos in auro ꝛ argento ꝛc̄). i. ad dandū ꝑfectionē debitā. p̄latis et doctorib⁹ ꝛ alijs statib⁹ ecclesie predictis. Cetera v̄o sūt exposita mistice ij. Re. vij. ca.

Capl'z. xxiij.

Igitur dauid senex ꝛ plenus dierum ꝛc̄) dauid ꝯsiderans q̄ leuite non habebant vltra laborez in deportando tabernaculum ꝛ eius vasa de loco ad locuz. voluit ꝛ bene eos aliter occupare circa diuinū obsequiū ꝟuiendo ꝑ vices suas in irl'm q̄ erat electa diuinit⁹ ad dei cultum vt hr̄ in h̄ capl'o post ei⁹ mediū ꝛ sic in hoc capitl'o distiguūtur officia leuitaꝝ in generali tamē p̄mo ponūt̄ officia ministrorū domus dn̄i cum dicit̄ (Ex his electi sunt ꝛ distributi in ministeriū domus dn̄i) secūdo p̄positorum ꝛ iudicū ibi (p̄positoꝝ autem) Tercio ianitoꝝ ibi (porro ꝛc̄) q̄rto cantoruz ibi (ꝛ totidē psaltes) Quito sacerdotum ibi (sacerdotes autē sup̄ panes ꝓpōnis) versus fi. huius capituli. et qm̄ sicut dicit aplus i. Coꝝ. x. omnia i figura ꝯtingebant illis ideo per officia dicta figurata fuerunt officia ministroruz ecclesie xp̄i Igitur per (sacerdotes) qui sicut dictum est erant sup̄ panes ꝓpositionis significati fuer̄t sacerdotes noue legis ad quorum officium spectat ꝯsecraē panē in cristi corpus in sacramento altaris per (ministros) vero domus dn̄i figurati fuerunt illi ad quorum officiuz spectat ministrare sacerdotibus in celebratione dicti sacramēti. s. diaconi q̄bus cōmittitur dispensatio sanguinis ꝯsecrati. ꝛ subdiaconi q̄rum officiū est in vasis sacris dicti sacramēti materiā p̄parare sil'r acoliti qui dictam materiā p̄parant nō tamen in vasis sacris. Propter qd̄ cum ordinantur traduntur eis vrceoli vl'ampulle per (iudices ꝛ p̄positos) qui fuerūt eedem ꝑsone sicut dixi plenius in expositione literali figurati fuerunt exorciste. q̄rum officium est expellē demōes de energuminis sic̄ ad iudices ꝑtinebat malos expellere qui sunt membra demonis per (Janitores) autem qui gentiles aut iud̄os immundos arcebant ab ingressu tēpli figurati fuerunt hostiarij ad quorum spectat officium infideles etiā fideles excōicatos tamen ab ingressu ecclesie coercere ꝑ (cantores) vero figurati fuerunt lectores. ꝛ sic patet qualiter officia ministrorum veteris testamenti figurabāt officia ministroꝝ noui

Capl'm xxiiij.

Porro filijs aaron he ꝑticiones erant ꝛc̄) hic ponit̄ ordinatio q̄tum ad officia sacerdotū in speciali circa q̄s sic ordinauit q̄ ex ip̄is eēnt xxiiij. p̄ncipes qui eēnt ebdomadarij ꝑ vices suas successiue tn̄ sb̄ summo sacerdote. per istos autem xxiiij. figurati fuerūt ep̄i q̄ sb̄ sūmo pōtifice sūt ecc̄ie ministri sic̄ exp̄mit̄ apoc̄. iiij. ꝑ. xxiiij. seniores ponit̄ tn̄ ibi numer⁹ det̄miat⁹ ꝓ idet̄miato sic̄ dixi pleni⁹ exponēdo lr̄aliter passuz

illum (Porro filiorum leui) hic ꝯsequē
ter agitur ꝺ reliquis sacerdotib⁹ qui erāt
sub xxiiij. ebdomadarijs p̄dictis ⁊ ꝑ istos
significati fuerūt sacerdotes curati q̄ sūt
sub ep̄is ⁊ scd̄m eorum dispositiōem dn̄t
in sibi ꝯmissis ecc̄ijs ministrare. C. xxviij

Igitur dauid ⁊ magr̄atus) hic agitur in
speciali de cantoribus quoꝝ ordinatio in
suis officijs distinguit̄ per xxiiij. vices sibi
succedentes sicut et ordinatio p̄ncipaliuz
sacerdotuz qui ebdomadarij dicebantur
Et qm̄ illi figura fuerunt ep̄orum ideo ꝑ
ordinatiōem cantorum significatur ꝙ in
noua lege sic̄ in qualibz ecclesia cathedra
li p̄est vn⁹ ep̄us sic in ea pr̄cesse debet vn⁹
cantor alijs in choro cantantib⁹ ꝓpter qꝺ
p̄centor in aliquibus ecclesijs noiat̄

Diuisiones autem Janitoruz ⁊c̄.)
Istorum autem ordinatio ⁊ disti
ctio non accipitur scd̄m distincti
ones ebdomadariorū seu p̄ncipaliū sacer
dotum vt dictum est de distinctiōibus cā
torum sed accipitur scd̄z distinctiōes por
tarum que fuerūt ad q̄tuor ꝑtes p̄ncipa
les orbis ꝓpter quod iste porte non fuer̄t
in templo in quo erat vnus solus introit⁹
sez in ꝑte orientali sed fuerūt i muro atrij
igitur allegorice. (per portaz orientalez)
figuratum fuit baptismi sacramētum eo
ꝙ ē ianua aliorū sacramētorū ꝺ q̄ porta
dicitur Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua ⁊ spūsancto non potest introire re
gnuz dei. (Per occidentalem vero portā)
significatur extrema vnctio que est sacra
mentū exeūciuz de hoc mundo. (per aqui
lonarē vero portā) significatur pnie sacra
mentū q̄ respicit ⁊ deflet peccata cōmissa
Jere. i. Ab aquilone pandetur omne ma
lum (per portam autē australē) significa
tur sac̄m̄tū eukaristie qꝺ ē sac̄m̄tū amoris
eo qꝺ ab austro procedit caloris feruor. si
gnificans feruorem dilectiōis Igit̄ scd̄m
portas istas possunt distingui Janitores
Portam eni orientalem obseruant q̄ gra
tiam baptismalem custodiunt. Occidēta
lem vero portam qui vnctionē extremam
deuote suscipiunt. portam aquilonarē qui
peccata cōmissa per penitenciam diluunt
Australem vero portam qui frequēter et
deuote eukaristiam recipiunt Morali

ter autem possunt distingui porte ac etiaz
ianitores Orientalis dici potest hois ort⁹.
occidentalis autem obitus. aquilonaris
vero aduersitatis tp̄s. australis autem ꝓ
speritatis status Portam igitur orienta
lem custodiunt illi qui vilitatem originis
sue considerant vt hūilientur. Portā aūt
occidentalē qui certitudinē mortis futuē
et incertitudinem hore iugiter meditant̄
ne improuisi ad mortis iudiciū euocentur
Ber. o hō certum ꝙ morieris sed vbi qn̄
vel quō incertū est mors vbiqz te expectat
sed si sapiēs fueris vbiqz mortem expecta
bis Portam autē aquilonarē custodiunt
qui in aduersis armis paciencie ꝯtinue se
muniunt. ne per impacienciam frangant̄
Portam autē australē obseruant qui sem
per soliciti sūt ne in ꝓsperis per sup̄biā ele

Filij āt israel scd̄z numeꝝ (uēt̄
suum ⁊c̄.) post ordinatōem mini
strorum in domo dei hic cōsequē
ter ponitur ordinatio ministranciū regi.
in diuersis officijs regni sui. ⁊ p̄mo ponit̄
ordinatio militaris. scd̄o ꝓplaris. Tercio
familiaris. q̄ntū ad p̄mū describuntur h̄
xij. p̄ncipes existentes cum rege per singu
los menses successiue ⁊ quilibet p̄nceps
habebat sub se xxiiij. milia pugnatorū. Al
legorice ꝑ xij. p̄ncipes significati fuer̄t xij
apostoli de quibus dicit̄ p̄s. xliiij. Cōstitu
es eos p̄ncipes sup̄ omnē t̄rā ⁊c̄. ꝑ xxiiij.
milia pugnatorum sub quolibet p̄ncipe si
gnificati fuerūt martires sancti qui aiati
apostolorū exēplo. fortes facti sūt in bello
⁊ ponitur hic numer⁹ determinat⁹ ꝓ ind̄
terminato. nā martires sunt in maiori nu
mero q̄m sit numer⁹ xxiiij. miliū. ꝑ duod̄
narium multiplicat⁹ sicut de angel̄ dicit̄
Daniel̄. vij. Milia miliū ministra. ei ⁊c̄. se
cūdū enim oēs doctores de hoc loquētes
angeli sci sūt in numero multo maiori. sic̄
plenius dixi sup̄ daniel̄ (Porro tribub⁹
p̄erant isrl̄ ⁊c̄.) hic describit̄ ordinatio po
pularis. popul⁹ autē israel ꝑ xij. tribus di
stinguebat̄. h̄ autē cuilibet tribui ad eius
regimē vnus dux assignat̄ per hoc autez
videt̄ significari ꝙ in bono regimine po
puli xp̄iani cuilibet ville notabili debeat
vnus p̄sidens vel p̄posit⁹ assignari. qui fa
ciet inter hoies iusticiam obs̄uari (Sup̄

thesauros autē regi. ꝛc.) hic ponitur or
dinatio familiaris In familia vero regis
dauid aliqui erant custodes thesaurorū
aliq̄ vero super cultores agrorū vineaꝝ
ꝛ ortorum. aliqui vero sup̄ apothecas o/
lei ꝛ cellaria vinorum ꝛ aliqui super nut̄
tiōem animalium brutorum Moraliter
autē thesauri regis nostri ih̄u cristi sūt
sapiencia ꝛ virtutes ꝛ iō custodes istorū
thesaurorū sunt boni doctores in scripti.
vel scolis habentes in se sapienciā ꝛ v̄tu/
tem ꝛ alijs coicant ꝛ dispēsant scd̄m sui
dn̄i volūtatē Per vineas ꝛ ortos fideles
populi significāt̄ quib⁹ i. Cor. iij. dicitur
dei agricultura estis ꝛ ideo per cultores
istorum significātur p̄dicatores ꝛ ꝯfesso
res pro cultura fidelium in morib⁹ discur
rētes Per apothecas autē olei ꝛ vini ꝯ
uenienter possunt debite correctiōes itel
ligi in quibus esse debet rigor iusticie dul
core misericordie tp̄at⁹ ꝛ hoc significat̄
per vinū mordificatiuū ꝛ oleum lenitiuum
sicut habetur. Luce x. In p̄abola saucia
ti in cuius cura samaritan⁹ infudit oleū
ꝛ vinum ꝛ ideo per illos qui erant super
apothecas olei ꝛ vini significant̄ boni iu
dices qui iusticia ꝛ misericordia modo d̄
bito sciunt vti. Per animalia v̄o bruta
pueri possunt intelligi eo q̄ parum habēt
de rōnis vsu ꝓpter qd̄ p̄ illos qui erāt su
per nutritionem animaliū significātur bo
ni pedagogi qui circa bonam nutritiōem
puerorum in moribus maxime sunt intē
ti. nam scd̄m ph̄m non parū facit ad v̄/
tutem imo multum q̄ assuefiant ad vir
tutem Capl̄m xxviij.

Conuocauit igitur dauid omnes
p̄ncipes ꝛc.) In hoc autem ca/
pitulo describit̄ institutio salōis
in regem per dauid patrem suum ꝓpter
quod per dauid significatur hic deus pr̄
ꝛ interpretatio nominis ꝯgruit nam da
uid manu fortis interpretatur potencia
vero p̄sone patris appropatur p̄ hoc igi
tur q̄ dauid regem instituit filium suum
salomonē significatum fuit mistice q̄ de⁹
pater filium regem institueret in assūpta
p̄ nobis humanitate sicut in p̄sona filij
dicit̄ p̄s. ij. Ego autem ꝯstitut⁹ sum rex
ab eo super sion montē sanctū eius ꝛ sub
ditur dn̄s dixit ad me filius meus es tu
ꝛc. (dedit autē dauid salomoni filio suo
descriptiōem porticus ꝛ templi ꝛc.) p̄ hoc
designatur q̄ deus pater dedit homini
xp̄o noticiā omniū agendoꝝ in ecclesia
nam ꝯgnoscit omia que deus ꝯgnoscit
sciencia visionis ꝛ illa sunt que p̄ticipāt
esse scd̄m q̄cunq̄ differēciā tp̄is Mo
raliter autē p̄ salomonē ex ordinatiōe di
uina p̄motum in regem potest ꝯuenien
ter intelligi quilibz debito modo p̄mot⁹
ad ecclesiasticū vel tp̄ale regimen per h̄
autem q̄ dauid salomoni d̄dit agendoꝝ
descriptionem signatur q̄ ille qui predc̄o
modo promouet̄ ad r̄gimen deus dat ei
gratiam bene r̄gēdi si debitū suū faciat
erga dn̄m ad ip̄m se fideliter ꝯuertendo
nam si natura non deficit in necessarijs
nō ē verisimile q̄ deficiat autor nature
Per hoc āt q̄ dd̄ dedit salomoni aurum
ꝛ ar. ad faciēdū ea q̄ in tēplo erāt agēda
signatur q̄ sicut deus bō p̄lato vel p̄nci
pi ꝯfert noticiā in agendis. sic facultates
administrat ei p̄ expēsis moderatis.

Locutus qz ē rex dd̄ C. xxix
ad oēz ecc̄iaz ꝛc.) seq̄t̄ j. (polliciti
sūt itaq̄ p̄ncipes ꝛc.) p̄ istos q̄
p̄ edifitio dom⁹ domini dederūt aurum
argētū ꝛ lapides p̄ciosos vt i textu dicit̄
significāt̄ illi q̄ in ecc̄ia dei p̄cellunt alios
in aliq̄ grā spāli vtpote in auro sapie. ar/
gēto eloquēcie ꝛ alijs gratijs p̄ p̄ciosos
lapides designatis ꝛ oēs istas grās ad in
stinctū veri dd̄ ih̄u xp̄i ꝯuertūt ad edifi/
ciū ecc̄ie in bōis moribus ꝛ fide (Et vnxe
rūt scd̄o salomonē in p̄ncipē ꝛ sadoch in
pōtificē) p̄ salomonē q̄ interp̄tat̄ iust⁹ si/
gnificat̄ vn⁹ et idē ih̄us xp̄s q̄ p̄ suū san
guinē pacificauit ea q̄ in celis sūt ꝛ in ter
ris Coll. i. Ip̄e etiā dicit̄ iustus āthono
masiace Isa. lxij. ꝓpter sion nō tacebo ꝛ
ꝓpter ir̄lm non q̄escā donec egrediat̄ vt
splēdor iust⁹ ei⁹ Ip̄e etiā ē rex regū ꝛ pō
tifex sūmus. ꝓpter qd̄ p̄ melchisedech r̄
gē ꝛ sacerdotē fuit figurat⁹ vt declarat
ap̄lus sat. diffuse i hebre. viij. Igit̄ illi mo
raliter inungūt scd̄o salomonē in regē ꝛ
sadoch i pōti. q̄ post ꝯfessiōem xp̄i regi. et
pōtifici. fcāz ab eis in baptismo eā it̄ant
in op̄e bn̄i viuēdo Explic̄ p̄m⁹ lib̄ pal.

Incipit secundus.

Confortatus est ergo salomon filius dauid in regno suo) expositio mistica proposita est iij. li. Re. iij. ca. vsque ibi (veit ergo salomon ab excelso gabaon) sequitur (congregauit quoque sibi currus et equites etc.) Salomon autem iam confirmatus erat in regno suo per obedienciam populi perfectam et per diuinam reuelationem et tamen solicite sibi prouidit de curribus et equitibus et aliis ad defensionem sui regni et eius firmitatem pertinentibus et per hoc ostenditur quod licet homo de diuino auxilio sit securus tamen non debet omittere ea que rationabiliter secundum humanam viam facere videntur ad sui et suorum securitatem nisi prohibitum esset sibi sicut prohibitum fuit amasie ij. paralipomenon xxv. ne secum duceret milites de regno x. tribuum quos tamen conduxerat ad sibi auxiliandum. C. ij.

Decreuit autem salomon edificare domum noi domini etc.) expositio mistica huius capituli posita est iij. Re. v. ca

Et cepit salomon edificare) C. iij domum domini in ierusalem etc.) expositionem huius capituli misticam require iij. Re. vi. ca.

Fecit quoque altare eneum etc.) C. iiij

Istud fuit altare olocaustorum in quo carnes animalium offerebantur ideo significauit austeritatem penitencie in qua caro propria domino sacrificatur et hec oblatio tanto melior est et deo placencior quanto caro propria carior est homini quam aliena Job. i. pellem pro pelle et cuncta que habet homo dabit pro anima sua. i. pro vita corporali seruanda vnde ibidem subditur (tange os eius et carnem etc. (xx. cubitorum longitudinis et xx. cubi. latitudinis). i. quadrum per quod significatur quadratura quatuor cardinalium virtutum Et. x. cubitorum altitudinis per quod significatur impletio x. mandatorum per hoc igitur quod altare olocausti fuit sic dispositum significatur quod austeritas penitencie non est deo placita nisi annexam habeat quadraturam virtutis cum impletione x. mandatorum ceterorum autem expositio mistica posita est iij. Re. vij. c.

Post quam congregauit maiores (C. v natu etc.) huius expositio mistica posita est iij. Re. viij. ca. vsque ibi (Igitur cunctis pariter tubis et voce et cymbalis et organis et diuersi generis musicorum concinentibus etc.) sicut dictum fuit iiij. Re viij. per istam deportationem arce ad locum sancti sanctorum figurata fuit assumptio beate virginis Marie ad celum empirium et ideo per istas melodias vocum et diuersi generis musicorum significata fuit angelorum et electorum exultatio In assumptione virgnis gloriose quam quidem exultatio propter sui magnitudinem exprimi non potest vno genere melodie. imo nec omnibus generibus que sunt vel esse possunt in humanis Gregorius In moralibus balbuciendo prout possumus excelsa dei resonamus

Capitulum vi.

Tunc salomon ait dominus pollicitus est vt habitaret in caligine) misticam expositionem quere iij. Re. viij. c.

Cumque complesset salomon fundens preces ignis descendit de celo etc.) per sanctificationem templi et solennitatem tunc factam potest conuenienter intelligi solennitas angelorum et celestium ciuium inenarrabilis in ascensione xpi hominis Nam illa humana natura super angelos exaltata templum est dei specialissimum de qua dixit Jo. ij. Soluite templum hoc etc. et apo. colloquium. i. complacuit in ipso omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter In illa vero assensione promissus fuit descensus ignis spiritussancti vt habetur Act. i. Accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos et eritis mihi testes in ierusalem et in iudea et sama. et vsque ad ultimum terre Et hec promissio in die pentecosten fuit completa Act. ij. et apparuerunt illis disparitas lingue tanquam ignis sedit quoque supra singulos eorum et repleti sunt omnes spiritusancto etc. cetera vero huius capituli exposita sunt mistice iij. li. Re. viij. capitulo et nono.

Capl'z.vij.

Expletis autem xx. annis ꝛc̄) expositio mistica huius ca. posita fuit iij. Re.ix.capitlo

Capl'z.viij

Regina quoqz saba cum vidissz famaz salomonis ꝛc̄) requiratur expō mistica iij. Re.x.capi.

Capl'm ix.

Profectus est autem roboam in sichem ꝛc̄) expositio mistica posita est iij. Re.xij.ca. T.x

Venit autem roboam in ierusalem ꝛc̄) expositionem misticaz require iij. Re.xij.capitulo.

Capl'm xi.

Cunqz roboratū fuisset regnū roboam ꝛc̄) expositio mistica posita est iij. Re.xiiij.capitulo.

Capl'z.xij.

Anno xviij.regis Jeroboam regnauit abia ꝛc̄) per abiā q̄ interp̄tatur pater meus deus significari potest quilibet fidelis cristianus fideliter dicēs deo.pater noster qui es i celis ꝛc̄.per Jeroboā autē qui diuisio populi interp̄tatur significat̄ diabolus qui diuisionē inter homines ponere machinatur Gregl.omē.xxix. Solerter intuendum est.q̄ ātiqu⁹ hostis dū mētez nostram ad rerum tp̄alium dilectiōez trahit ifirmiorē cōtra nos ꝓximū excitat qui ea ip̄a q̄ diligimus auferre moliatur nec curat antiqu⁹ hostis h̄ faciēs vt terrena tollat ꝫ vt caritatem in nob̄ feriat(Igitur ꝑ abiam in virtute dei ɔfidentē ɔtra ieroboā pugnantez)significatur quilibet bonus cristian⁹ in xp̄i v̄tute fiducialiter ɔtra diabolū pugnaturus(Jeroboam retro moliebat̄ insidias)per quod significatur malicia demonis querentis fraudulenter nocere hominibus virtuosis. i.petri v. Aduersarius vester diabolus tan.leo ru. cir. que.quē deuo.cui re.for.in fide (Et ecce illis vociferātib⁹ perterruit deus Jeroboam)per quod significat̄ q̄ vociferantib⁹ p̄dicatoribus voce p̄dicatiōis ꝛ deuotis vocibus scē orōnis terretur diabol⁹ ꝛ cū exercitu suo fugat̄(Et ciuitates cepit ꝛc̄.)per qd̄ significat̄ recuperatio bonorū ꝑ maliciā diaboli mortificatoꝝ. nā recuꝑata grā reuiuiscunt opa meritoria q̄ ꝑ deceptiōem diaboli fuerāt mortificata(Igit̄ ɔfortato abia impio suo ꝛc̄.)ꝑ hāc.n.filiorū generatiōez significat̄ bonorū opuz mltiplicatio que ꝓcedūt ex grā ꝛ libero arbitrio q.ꝑ q̄ndā spūalem generatiōem. T.xiij

Dormiuit āt abia cuz pr̄ib⁹ suis ꝛc̄.)sequit̄(regnauit q̄z asa filius eius ꝛc̄)ꝑ asa qui interp̄tatur factura vel sustollēs.i.sursuz tollēs significat̄ bonus rex vel p̄nceps q̄ se recognoscit esse facturā dei ꝓpter qd̄ i p̄ncipio r̄gni sui sursū tollit vel erigit aim suū ad querendū honorē dei ꝛ bonū populi sibi ɔmissi ideo subdit̄(fecit q̄z asa qd̄ bonū et placitū erat in ɔspectu dei sui).s.in destructiōe cult⁹ diabolici ꝛ i ꝓmotione cultus diuini ideo subditur (Et sb̄uertit altaria ꝑegrini cult⁹)ꝛ sb̄ditur(ac precepit iude vt quereret dn̄z deū)nam talis rex ꝑ se ꝛ per alios iducit ꝓplm suū q̄ztū p̄t ad ꝟuiēdū dn̄o in bonis morib⁹ ꝛ fide viuēdo nec tn̄ omittit ea q̄ sūt agēda scd̄z viā humanā ad r̄gni sui defensiōez ne tētare dn̄z vid̄at iō seq̄t̄.(Edificauit q̄qz vrbes munitas ꝛc̄) (Egress⁹ ē āt ɔtra eos).i.cōtra asa ꝛ hoies suos (zara ethiops).i.rex ethiopum ꝑ q̄ significat̄ rex demonuz nā demōes frequenter appuisse legunt̄ in spē ethiopū.ɔtra vero bonos reges ꝛ eoꝝ ꝓplm.diabol⁹ excitat bellū spūale ꝑ se ꝛ satellites suos ꝛ aliqn̄ belluz corꝑale ꝑ malos hoies ad modū ethiopū vicijs denigratos ꝛ qm̄ in vtroqz bello bon⁹ rex idiget auxilio diuino iō subditur(Et inuocauit dn̄m deū)qꝛ ꝑ orōes deuotas i vtroqz bello victoria freq̄ci⁹ obtinet̄ iō sb̄dit̄ (extr̄uit q̄z dn̄s ethiopes ꝛc̄.)

Capitulum xiiij

Azarias āt fili⁹ obeth fcō in se spū dei ꝛc̄.)ꝑ azariā q̄ adiutor dei interp̄tat̄.p̄dicator deuot⁹ significat̄ vn̄ aplus d̄ se ꝛ alijs deuotis p̄dicatorib⁹ dic̄.i.Coꝝ.iij.dei adiutores sum⁹ talis igit̄ p̄dicator ex istinctu spūssci dic̄ bono regi vel p̄ncipi ꝛ ꝓplo suo victori.(dn̄s vobiscū qꝛ fuistis cum eo)ostendēs q̄ habita victoria de hostib⁹ corꝑalib⁹

vel ſpūalibus ꝓeſſit et adiutorio diuino
ꝙ tranſgreſſoribus legis ꝓdicit ⁊trariū
de futuro ⁊.(Si āt dereliq̄rit. dereliquet
vos)In manib⁹ veſtrorum hoſtium vos
tradendo(qđ cum audiſſet aſa ꝛc̄.)ſequit̄
(confortat⁹ eſt ꝙ abſtulit idola ⁊ oi terra
)nam bonus ꝓnceps ad verba ꝓdicatorū
debet in bono ⁊firmari ꝙ de malorum ex/
terminatione ampli⁹ ſolicitari (ſed ꝙ ma/
achā matrem aſa regis depoſuit de augu
ſto impio) amouit eni eā ne eſſet ꝓnceps
in ſacris ꝓiapi vt dicitur .iij. Re. xv. per ħ
autem oſtendit̄ ꝙ bonus ꝓnceps in his q̄
ſunt contra honorē dei ꝓcere non ⁊ cui/
cunq; ꝓſone q̄tūcunq; ſibi ꝓpinque

Anno autē xxxvi. regni ei⁹ aſcēdit
baaſa rex iſrael in iudam)ſequit̄.
(ꝓtulit autem aſa argentū ꝙ au
rum de theſauris domus domini ꝙ de the/
ſauris regis miſit q; ad menadab regem
ſirie)Contigit aūt aliq̄n iudicio dei iuſto
nobis ꝛatħ occulto ꝙ bonus ꝓceps deo
ꝓmittente ꝙ diabolo ꝓcurante Incipit de
deo diffidere ꝙ idebite de humano auxilio
confidere ꝙ ad ipm male recurrere quod
ſignificatur ꝑ regem aſa qui poſt tantam
victoriam dei virtute conſecutam venīte
baaſa ⁊tra ipm de deo diffidēs refugit ad
idolatre regis auxilium ⁊.(Fedus inīt me
ꝙ te eſt ꝛc̄.)ꝙ quoniā talia ſunt a deuotis
ꝓdicatoribus arguenda ido ſequit̄ poſtea

(In tpe illo venit anani ꝓpħa ad aſa
regem iuda ꝙ dixit ei. qr̄ habuiſti fiducia⁊
in rege ſirie)ꝟ q̄n ⁊f Ecc̄i. vij. Cōſidera
opa altiſſimi ꝙ nemo poteſt corrigere q̄
ille deſperit ideo ſubditur (Iratus q; eſt
aſa aduersꝰ videntem ꝙ iuſſit eum mitti i
neruū) ꝙ i hoc aſa figurā tenuit hois ob/
ſtinati qui verba predicatoris non recipit
ꝙ inſuper ipm perſequtur ꝙ affligit ꝙ q̄ſi
fic impugnare veritatē agnitam eſt pcēm
grauiſſimū ideo de cōi curſu dns ꝓmittit
tales in fecib⁹ ſuis mori ꝙ hoc ſignificat̄ ꝑ
hoc qđ ſ̄bitur (Egrotauit autē aſa)ſeq̄t̄
(ꝙ nec in infirmitate q̄ſuit dn̄z.)

Capm. xvij.

Egnauit autem Joſaphat ꝛc̄.)io
ſaphat ipe iudicās interpretatur
ideo per ipm hō ſpūalis ſignifica
tur ⁊ quo dicitur i. Cor. ij. Spūalis iudi/
cat omnia ꝙ ipe a nemie iudicat̄ ꝙ hoc ꝑa
pe cōuenit in vniuerſali eccleſia archiepis
autē in ſuis ꝓuincijs et epis in dioceſib⁹
ſuis(Conſtituit q; militū numeros in ci/
tatis vrbibus iuda que erant vallate muri.
)per quod ſignificat̄ ꝙ predci pōtifices de
bēt eſſe ſoliciti vt loca ſue iuriſdictiōis clau
ſa ſint ꝛtutum muris ꝙ ꝙ ibi ſint milites
id ē ſacerdotes et clerici armis ſacre ſcri
pture ꝙ oronis deuote muniti quibus ad
uerſarie poteſtates ꝙ heretici poſſit fortit̄
impugnari (tertio autez anno miſit ⁊ prin
cipib⁹ ſuis benail ꝛc̄.)ſeq̄tur(docebāt q;
ꝓplm ꝛc̄.)per quos ſignificant̄ ꝓdicatoēs
ad docendum ꝓplm diſcurrentes qui a p̄/
dictis pōtificib⁹ debent mitti Rō. x. quō p̄
dicabunt niſi mittantur (Itaq; fact⁹ eſt
pauor dn̄i ſuper omnia regna ꝛc̄.) nā po
puli ſubditi videntes tantā ſolicitudinem
prelatorum circa bonum regimē concipi
unt erga dn̄m et eius vicarios reuerencie ti
morem

Capm. xviij.

Vit ergo Joſaphat diues ꝙ incli
tus multum et affinitate coniun
ctus eſt achab)ꝛtingit aūt aliq̄n
ꝙ ⁊o ꝓmittente ꝙ diabolo ꝓcurāte ille q̄
bonus erat prelatus de diuicijs ꝛpalibus
ꝙ honorib⁹ intumeſcit ꝙ ſic cum potenti
bus ꝙ nobilib⁹ hui⁹ ſeculi familiaritates
⁊trahit ad exaltandū genus ſuuz ꝑ mr̄i/
monia qđ figuratū fuit ꝑ Joſaphat pōti
ficem bonū ſignificātē vt dictum eſt. c. pre
cedenti qui diues factus multū familiari/
tatē cū achab ꝓncipe malo ⁊traxit ꝙ filiā
eius filio ſuo vxorē accepit(dixit q; achab
rex iſrael ad Joſaphat veni mecū ꝛc̄)con
tingit eni frequēter ꝙ ꝓpter mr̄imonia p̄
dicta nobiles hui⁹ ſeculi petunt a pontifi
cibus ⁊tra ſuos aduerſarios auxilium et
illi concedunt de facultatib⁹ eccleſie q̄ nō
ſunt ad hoc ſed ad diuinū cultum ordina
te ꝙ ſic incurrunt malum offenſe diuine
ꝓpter quod ifra ca. ſe. dicit̄ ipſi Joſaphat
in caſu ſimili (impio prebes auxilium ꝙ iō
iram dei merebaris ꝛc̄. nūquid eſt hic p/
phetas dei)per iſtum Joſaphat qui queſi
uit ⁊filium ꝓphete dn̄i et tamē nō fecit. ꝟ
magis ⁊trarium. nam cum achab ad pre
lium prexit ſignificatur illi qui querunt ⁊
filium bonorū. non tamen faciunt in ħ fi/

miles roboam qui quefuit ofilium a fem
bus fed datum ab eis ofilium dereliquit
iij. Re. xij. (eſt autem micheas ꝛc.) per B
q achab iſti pphete dñi non credidit ꝙ in
ſuper ipm incarcerauit credens magis
falſis pphetis q̃m ſibi ſignificatur illi qui
ꝓdicatores veritatis nō audiunt ꝫ magi.
ipos perſequūtur falſis autem adulato/
ribus ꝙ mendacib⁹ credūt ꝙ eis ꝑmia lar
giuntur Et ſicut achab mortu⁹ fuit in ꝑ/
lio. ſic tales moriunt morte cl̃pe ꝙ niſi ꝛe
peniteant morientur morte gehēne.

Caplm. xix.

Reuerſus eſt Joſaphat rex iuda)
ſequitur (cui occurrit iehu filius
anani videns ꝛc) per iſtuz iehu ſignifica
tur ꝓdicator veritatis q̃ debet eſſe ivdēs
.i. pre alijs q̃ ptinent ad ſalutē ognoſcēs
(Et ait ad eum impio prebes auxiliū ꝛc)
ex hoc datur exemplum ꝓdicatorib⁹ vt ꝑ
pter magnitudinē pſonarꝫ nō dimittant
arguere peccata marie publica. ſicut fuit
in ꝓpoſito (rurſum ꝙ egreſſ⁹ eſt ad pplm
ꝛc) per hoc ām q̃ ioſaphat rex audita rep
henſiōe pphete. iuit ad monēdū ppl̃z ſuū
vt querēt dñm deum ꝑm ſuoꝝ vt per B
placaret dñm ſicut cuz offenderat impio
ꝓbendo auxilium datur exemplū ꝓncipi/
bus et prelatis vt nō detēnant verba ꝓdi/
catoris ꝫ magis ſtudeant dñm placare ꝑ
bonum regimē ſuorum ſubditorꝫ (Cōſti/
tuit q̃ iudices terre in cunctis ciuitatib⁹
ꝛc) ꝓncipes. n. ꝙ ꝑlati non poſſūt cē in ōni
loco ſuo regimini omiſſo ꝓpter qđ ſolici
ti debēt eſſe vt in omnib⁹ locis nōbilibus
ſint bone pſōe que ſuā abñciā poſſint ſup
plere (In irl̃m quoq̃ Joſaphat ſtituit le
uitas ꝙ ſacerdotes ꝛc). i. ſapiētes in lege
ſtituit in metropoli ciuitate qui poſſent
dubia iudicum inferiorꝫ ad eos relata de/
terminare ſicut precipitur Deut. xvij. ꝙ ſi
militer ꝓncipes ꝙ prelati ſoliciti ꝺbēt eſſe
vt in locis ſuis ꝓncipalib⁹ hēant hoies ſapi
entes ꝙ bonos q̃ i caſib⁹ maiorib⁹ q̃ refe
runt ad eos veritatē valeant declarare

Caplz. xx.

Poſt hꝰ congregati ſt filij moab ꝙ a
mon ꝙ cuz eis de ām. ad Joſa/
phat vt pugnarent contra eū ꝛc.
). ſcdm qđ ſcribit ij. thi. iij. omnes q̃ pie
volunt viuere in criſto ꝑſecu. pacientur ꝙ
ideo poſtq̃ Joſaphat ad verbum ꝓphete
ſe corexerat ꝙ populum ſuū ad dei ſui/
tutem reuocare ſtuduerat ꝙ ad faciendū
iuſticiam bonos homines inſtituerat de
minus ꝑmiſit malos homines ꝙ in ma/
gna multitudine dra eum inſurgere ad
ꝓbatiōem ꝙ declaratiōem ſue paciencie
ꝙ vt per hoc ſcdm moralem ſenſuz detur
exemplum iuſtis hoibus ne diffidant de
amore diuino ꝙ eius adiutorio ſi pacian/
tur ꝑſecutiōem ab iniuſtis vnde dicit de
minus ꝓpoc. iij. Ego quos amo arguo
ꝙ caſtigo Scdm vero ſenſum allegoricū
ꝑ Joſaphat qui iudiciuz dei interꝑtatur
dei filius ſignificatur ſcdz qđ dicitur Jo
v. pater non iudicat q̃cq̃m ſed omne iudi
cium dedit filio contra ipm autem inſur/
rexerūt in irl̃m phariſei ꝙ ſaducei ꝙ etiaz
rōni. ſ. pilatus ꝙ milites eius. Sed ſicut
Joſaphat fuit confortatus per ꝓphetam
dicentez (Nolite timere nec paueatis hāc
multitudinē non eſt. n. pugna vra ſed dei
) ſic criſtus poſitus in agonia fuit per an
geluz confortatus vt habet Luce xxij. (ver
tit domin⁹ inſidias eorum in ſemet ipos
ꝛc) ſicut eni filij amon ꝙ moab inſurrexe
runt aduerſus habitatores montis ſeyr
ꝙ ipi poſtea dra ſemet ipos inſurgentes
ſe inuicez deſtruxerūt ſic phariſei ꝙ ſadu
cei inſurrexerunt dra pilatū ipm accuſā
tes imperatori rōno q̃ miſit ipſū in exiliuz
ꝙ itez phariſei ꝙ ſaducei ꝓpter ſuas iniq̃
tates ꝙ dtentiōes intrinſecas rebellaue/
rūt rōnis ex q̃ rebelliōe ſecuta fuit deſtru
tio ppl̃i ac citatis vt dic̃ Joſeph⁹ libro de
iudaico bello.

Caplm xxi.

Dormiuit āt Joſaphat cuz ꝓncipi
bus ſuis ꝛc) ꝑ quod ſignificat ꝙ
ipe ſicut ꝙ alij iuſti illi⁹ tpis deſcē
dit ad quietem ſcōrum patrū in limbo q̃
quidem quies a tpe aſcenſionis criſti ē in
celo empirreo ꝓpter quod ꝑ dormitiōez
Joſaphat cum patribus ſuis ſignificatur
quies iuſtorum deſcendencium quorum
anime recipiuntur in celis (regnauit q̃
Joram fili⁹ ei⁹ ꝙ ꝛc.) ꝑ iſtuz Joram q̃ via rcāz
patrū ſuorū dereliq̃t ſignificat apoſtata
i fide q̃ via xpi ꝙ apl̃oꝝ debit vl̃ apoſtata

in religione qui regulā deserit a patribus
obseruatā (Cūqz se ɔfirmasset occidit oēs
fratres suos gladio ꝛc.) nā apostata a fid̄
in sua malicia confirmatus nitit̄ suos fra
tres.i.alios fideles trahere secum ad infi
d̄litatē que est mors spūalis Math. Dimit
tite mortuos sepelire mortuos suos. infide
les ei mortuos appellat similit̄ apostata a
religione ad excusatiōem apparētem sue
malicie nitit̄ fratres illius religiōis diffa/
mare ꝛ sic q̄ntum in se est eos occidit ꝑ ab
latiōem sue fame (allate sunt aūt ei littere
ab helya ꝓpheta ꝛc.) Iste vero helias fu
it magnus zelator legis diuine per literas
igitur ip̄ius ɔtra ioraz scriptas significāt̄
scripture veteris ac noui testam̄ti que cla
mant ɔtra maliciam apostate religionis
ꝛ etiā fidei ideo subdit̄ (ꝑcussit eum domi
nus alui lāguore insanabili) ꝑ aluū autez
mens hois aliqñ designatur ꝓuer. xviij.
verba bilinguis q̄si simplicia ꝛ ip̄a ꝑtigūt
ad interiora ventris.i.mentis.igitur aluꝰ
apostate dolore ꝑcutitur quādo mēs eiꝰ
pessima machinat̄. ꝛ tūc hꝰmōi dolor est
insanabilis.quādo vsqz ad mortē perseue
rat in machinatiōibus illis (ita vt egēret
etiā viscera sua ꝛc.) qd̄ fit moralit̄ quādo
machinationes pessime ꝓcedunt exterius
in opera que per infamiā corā deo ꝛ homi
nibus sunt fetidissima (ꝛ sepelierūt euz ve
runtamē non in sepulcro regum) ꝑ quod
designatur ꝙ talis apostata moriēs exclu
dit̄ a q̄ete scōrū qui cū xp̄o regnāt i et̄nū

Capl̄m xxij.

Constituerūt autē hitatores irl̄m
ochosiam filium eius minimum
regem pro eo) per istum ochosiaz
qui de consilio athalie mr̄is sue ad idola
triam declinauit significat̄ quilibet malꝰ
qui tāq̄m effemiatꝰ per mulieres seductꝰ
cōtra dn̄z ad pessima se ɔuertit ꝛ quoniā
abissus abissum inuocat vt dicit̄ p̄s. xlij.
ideo dicit̄ de ip̄o ꝙ fuit ɔfederatus cū io/
ram rege israel pessimo ꝑrexitq̄z cum eo
ad prelium cōtra regem sirie ꝛ occasione
huius federis fuit interfectus a iehu cum
ip̄o ioram per qd̄ significatur ꝙ sicut ho/
mines mali semet ip̄os associāt in crimi/
ne sic sociabūt̄ ad inuicem in pena.gehen
ne Cetera huiꝰ capl̄i sunt exposita mistice

iiij. Re. xi. capitulo

Capitulum xxiij.

Anno autem vij. confortatꝰ ioiada
assumpsit centuriones ꝛc.) expo/
sitio mistica huius capituli requi
ratur iiij. Re. xi. capitulo

Capitulm xxiiij.

Septem annoꝝ erat Joas cum re
gnare cepit ꝛc.) hoc capitulū ex/
positum est mistice iiij. Re. xij. ca.
vsq̄z ibi (postq̄m aūt obijt Joiada ingressi
sunt p̄ncipes iuda et adorauerunt regem
) per p̄ncipes iuda qui diuinos honores r̄
gi Joas exhibuerunt sicut dixi pleniꝰ in ex
positione lr̄ali super duodecimū capl̄z q̄r
ti libri Re. significātur adulatores reguz
ꝛ potentū ꝛ sic faciunt eos vicijs insanire
ꝛ relinquere timorē diuinū sicut iste Joas
dereliquit adulatiōibus p̄ncipū delinitꝰ
ꝛ predicatores veritatis contēnere ꝛ vsq̄z
ad mortem aliqñ ꝑsequi sicut iste Joas za
chariā ꝓphetā iussit lapidari (Cūqz e/
uolutus esset annus ascendit ɔtra eum ex
ercitus sirie ꝛc.) per siros qui interp̄tātur
sublimes significāt̄ suꝑbi demōes vñ Job
xli. dicit̄ demonū p̄ncipe ꝙ ip̄e est rex suꝑ
omnes fi. suꝑbie igitur per exercitum sirie
significatur exercitus gehenne siue demo
nū vnde subditur. (Et interfecit cunctos
p̄ncipes xpl̄i) per quos significātur adula
tores regū ꝛ potētum vt predc̄z est (In
Joas q̄z ignominiosa exercuere iudicia)
qui fuerat adulatiōibꝰ p̄ncipū delinitꝰ. ꝑ
h̄ igit̄ designatur ꝙ demones secū trahūt
ad inferni supplicia adulatores ꝛ adula/
tiōibꝰ eorum adquiescentes.

Capitulum xxv.

Regnauit autē amasias filiꝰ eius
pro eo) expositio moralis huiꝰ c.
requiratur iiij. Re. xiiij. ca.

Capitulum xxvi.

Omnis autem populus iuda filiuz
eius oziam xvi. an. ɔstituit regem
ꝛc.) per istum Oziaz qui āno xvi
regnare cepit et ꝙ rectum erat in cōspc̄u
d̄i fecit significat̄ iuuenis bone indol̄. ꝛ bñ
disponens regnū aīe sue per debitam sub/
iectiōez viriū sensitiuaruz regimi rōnis re
cte ꝛ qm̄ ex hoc sequit̄ diffusio bone fame
iō sequit̄ (Et diuulgatū est nomē eiꝰ vsq̄z

ad introitum egipti ꝑter crebras victo/
rias)talis eni iuuenis freqūter triumphat
de cōcupiscencijs mundi et carnis q̄ isulti
bus diaboli verūtamē talis iuuenis ꝛtu
osus nō est per hoc ofirmat⁹ in bono ma
xime q̄ mutabilis est iuuentus vnde con
tingit aliq̄n q̄ iusto dei iudicio nobis tñ
occulto ꝑmittit ex donis a deo sibi colla
tis in sup̄biam eleuari qđ significat ꝑ ħ
qđ sequitur(Deo cū roborat⁹ esset eleua
tum est cor eius in interitū suum)nā vsur
pare sibi voluit officium sacerdotis offerē
do incensum vnde subditur(Ingressus q̄
est templum dñi vt adoleret incēsum) ꝑ
quod a domino ꝑcussus fuit lepra ꝑ q̄m
significata fuit mortalis culpa ꝑter q̄m
sup̄bus sepatur a consortio iustorum sicut
leprosus a cohabitatiōe sanor̄(Dormiuit
q̄ ozias cū patribus suis q sepelierūt eū
in agro regalium sepulcror̄ eo q̄ esset le/
prosus)et non in sepulcro regū per qđ si/
gnificatur q̄ moriens in mortali culpa q̄
est spiritualis lepra non recipitur in quie
te beator̄ qui cum xp̄o regnant in eternū

Capl̄z.xxvij.

Viginti v.annorum erat Joathā
cum regnare cepisset q̄)huius
ca.expositio mistica iij.Re.xv.r
quiratur Capl̄z xxviij

Viginti annorum erat achaz cū
regnare cepisset)huius ca. mora
lis expositio iij.Re.xvi.posita est
vsq̄ ibi(Ecce iratus dñs dtra iudam tra
didit eos i manib⁹ vestris q occidistis).eos
atrociter q̄.) hic habent p̄ncipes xp̄ia
ni documētū vt non vtātur crudeliter vi/
ctorijs habitis dtra alios xp̄ianos lz eniz
pl̄s iuda puniri meruissz a dño ꝑ suā
peccata tñ q̄ erāt ꝺ eatē lege cū pl̄o isr̄l
dñs iratus fuit dtra filios isr̄l eo q̄ victo
ria habita de filijs iuda crudeliter vsi fue
runt dicente eis ꝓpheta dñi obed(peccastis
sup̄ hoc dño deo vestro)ꝑter qđ idē ꝓ/
pheta induxit eos ad tractādū misericor
diter captos in p̄lio d.(reducite captiuos
quos adduxistis de fratrib⁹ vestris q̄ ma
gnus furor dñi imminet vobis)ꝑ hoc āt
q̄ in hoc crediderunt ꝓphete demōstrat
q̄ xp̄iani bellatores debent captiuos xp̄i/
anos misericorditer tractare Ca.xxviij

Igitur ezechias regnare cepit cuz xxv.eēt
ānorum q̄.)ꝑ ezechiam qui fortitudo dei
interp̄tat Constantin⁹ imp̄ator dueniēt
allegorice significat cui dñs dedit fortitu
dinē extirpandi q̄tuor tirānos xp̄ianor̄
p̄secutores i q̄tuor p̄tib⁹ mūdi.s.maximū
in oriente.seuer̄ in italia maxencū rome
liciniū in alexādria quibus destructis et
ipō ostantino baptisato ecc̄e ꝑ vrbē rōm
apte fuerūt q alie pl̄es edificate de nouo
ostātini mandato q sacerdotes catholici
cum ceteris ecc̄e ministris ad cultū diui/
nū vocati sic̄ ezechias fecit templū aperi
q ad obsequia dīna sacerdotes q leuitas
ac etiā pp̄lm applicari Aliter ꝑ ezechiā
qui interp̄tat fortitudo dei p̄t dei filius c
uenienter intelligi qui dicit̄ dei virtus .i.
Cor.i.ca.p̄dicam⁹ xp̄m dei virtutē.ꝑ tē
plū ät mens humana in qua deus habitat
ꝑ grāz .i.Cor.iij.Templū dei sanc̄ est qđ
estis vos hoc ät tēplū polluit ꝑ peccz q ma
xime si fuerit ꝑ assuefactiōez ꝺtaminatū
sic̄ fuerat tpe achaz p̄ris ezechie Lucerne
vero extinguūt ꝑ grē subtractiōem (q ho
stia claudūtur). ꝑ mentis obstinatiōem
ꝛ ꝑ xm ezechiā.s.dei filiuz (apiūt hostia
)q̄n peccator̄ xam dcipit ꝺtritōem(tēplū
etiā purgat)ꝑ integrā ofessionem (Et lu/
cerne reaccēdūtur)ꝑ grē recup̄atiōem(et
oblatiōes offerūtur)ꝑ debitā satisfactōez
(sacerdotes āt ꝺcrepāt tubis q leuite in/
strum̄tis. musicis)ꝑ deuotar̄ oz̄ōnū q laū
dū iubilatiōem.

Misit q̄z ezechias ad oēm isr̄l q̄.)
ꝑ ezechiā significat dñs nr̄ ih̄us
xp̄s vt p̄dicēm ē q ꝑ nūcios ab eo
missos itelligūt apli alij qz discipli xp̄i ad
p̄dicādū euāgeliū ꝑ orbē ab eodem missi
Marci vl.euntes in mūdū vni.p̄dica.euā.
oi creatuē(preterūt qz cursores cū eplis
regis q̄.)ꝑ q̄s significat solicita ꝓmptitu
do apl̄or̄ alior̄ qz discipl̄or̄ ad iplēdū xp̄i
mādatū qđ pz ex ħ q̄ a tpe apl̄or̄ p̄dica
tū fuit euāgeliū vt vr̄ ꝑ orbē vniuersū. nā
ab irl̄m q̄ est in medio climate terre hita/
bilis exierūt apli alij qz discipli ad p̄dican
dū ꝑ orbē euāgeliū q adhuc viuēte petro
p̄dicatū fuit vers⁹ occidentez vsq̄ ad ma
re occeanuz qđ est ēmin⁹ habitabilis qđ
ex hoc apparet quia senonis est quedam

ecclesia que vocatur sancti petri viui eo q̄ ip̄o viuente fuit p̄mo ɔstructa per scm̄ sa/naniam ⁊ per alios eius socios fuit p̄dica ta fides in ꝑtibus mari ꝓpinquiorib⁹ ⁊ si cut viuente petro sic predicatuz fuit euan gelium versus occidentez ita ꝓbabilit̄ dr̄ ex predictis q̄ predicatū fuerit similiter in alijs partibus orbis (illis irridētib⁹ ⁊ sb̄/samātibus) ꝑ quod significatur q̄ nō oēs crediderunt ad discipulorum xp̄i predica/tiōem. sed multi intulerunt eis vituperia magna ⁊ plurimis eorum etiam mortem quorum imitatores sunt qui ꝑsequūtur p̄ dicatores veritatis ⁊ predicatiōem eorum derident (attamē quidaz viri ex aser ⁊ ma nasse ⁊ zabulon adquiescentes ɔsilio vene runt in ierusalem) ꝑ q̄s significati fuerūt illi qui deuote susceperunt fidem ⁊ sic ve/nerunt in ierusalem que in allegorico sēsu significat ecclesiam militantem (vt facēnt solēnitatē azimorum) scz in azimis sinceri tatis ⁊ veritatis prout docet apostolus. i. Cor. v. (sacerdotes quoqz atqz leuite tā dem sanctifaciti obtulerūt) per quos ostē/ditur q̄ ministri ecclesie mundi ⁊ puri pre ceteris debent esse ad offerēdū eukaristie sacramentum (Et orauit pro eis ezechias) per quod significatur q̄ dei filius in q̄n/tuz homo pro membris suis infirmis orat patrem.

Capl̄m xxxi.

Cunqz hec fuissēt rite celebrata e/gress⁹ est omnis popul⁹ israel et fregerūt simulac̄ ⁊c̄) ista vero fra ctio simulacrorū facta post solēnitatez azi orū figura fuit destructionis idolatrie per orbem ad p̄dicatiōem apostolorum popu/lis credentibus iā admissis ad eukaristie sacramētū sicut fuerat predictuz zacharie xiij. In die illa dicit dn̄s exercituum disp̄/dam nomina idolorum de terra ⁊ nos vi demus esse completum (Precepit igit̄ ezechias vt p̄ꝑarent orrea ⁊c̄.) per quod significat̄. Allegorice q̄ ministris ecclesie debentur a populo nc̄aria vite. Moraliter autem per orrea ista possunt intelligi sa/cre scripture deuotionis qz studia in qui bus reponuntur verbi dei ⁊ eukaristie nu trimenta

Capl̄m. xxxij.

Post q̄ et hui⁹cemodi veritatē ve nit sennacherib rex assirioꝝ ⁊c̄) si cut per Ezechiam supius signifi/catus est xp̄s. ita per ip̄m hic significari potest eius vicarius scilicz bon⁹ prelatus qui contra demonē contra se ac populuz suum veniētem (obturat fontes). i. meat⁹ aquarum per quos significātur origines peccatorum que dicūtur figuraliter aque amarissime in quibus sunt maledicta con gesta Numeri v. capitulo. Et istas aquas sicut ⁊ desiderant assirij per quos signi ficantur demones irl̄m allegoricā. i. fide/lium ecclesiam impugnare querentes ⁊ d̄ quolibet eorum dici potest illud Job. xv. Bibit q. aquam iniquitatē (Edidit quoqz industrie agens.) quia bonus prelatus non solum studet peccatorum origines ob turare sed etiam muros virtutuz cardia lium repare (Et extruxit turres desuper) per quas intelliguntur theologice virtutes cardinalibus supereminētes (Et forinsec⁹ alium muruz) per q̄ intelligitur clausura honestatis ad proximuz (Et fecit vniuersi generis armaturam) oīs autem armatu/ra vl est ad sustinendum vel ad inuaden/dum Ad sustinendū aūt armat exercituz paciencie ad inuadendum aūt inimicū ar mat studiū feruētl. orōis ⁊ p̄dicatōis sane (Et locutus est ad cor eius) armando ser monib⁹ bonis populū suū exēplo iude ma chabei de quo dicitur ij. Machab. xv. Ar/mauit singulos non haste ⁊ clipei muni tione sed sermonibus optimis ideo sequit̄ (Et confortatus est popul⁹ huiuscemōi v̄ bis ezechie) ip̄e etiam ezechias ⁊ Isa. pro pheta. pugnauerūt ɔtra sennacherib orō nibus deuotis sicut dicitur infra (orauer̄t autem ezechias rex ⁊ Isaias filius amos ꝓphetes ⁊c̄.) et sic exercitus sennacherib ab angelo dei fuit ꝑcuss⁹ sicut subdit̄ (Et misit domin⁹ angelū suū qui ꝑcussit oēm virum robustum ⁊ bellatorē ⁊ p̄ncipē exer citus regis assirioruz) per quod significa tur q̄ orōnibus deuotis boni p̄lati qui ꝑ ezechiam ⁊ boni religiosi qui per Isaiam significatur demonum exercitus debellat̄ (In diebus illis egrotauit ezechias ⁊c̄) require expositionē misticam hui⁹ iiij. Re. xx. capitulo.

Capl̄m xxxiij.

Sed in diebus illis vidi iudeos ducentes vxores azothidas ⁊c̄) hic pōit̄ q̄rtū malū i abñcia neemie perpetratum Licet enim ante per esdrā mulieres alienigene fuissent de ꝓpl̄o .isrl̄ eiecte vt dictum est supra x. ca. esdre tam̄ ip̄o defuncto ⁊ absente neemia plures iudeorum redierunt ad vomitum accipientes sibi vxores alienigenas. sed neemias remedium adhibuit eos acriter obiurgādo ⁊ maledicēdo ⁊ aliquos eoꝝ cedendo ⁊ capillos euellendo et eos per dominuz adiurando ꝙ a talibus abstinerent per iudeos vero recidiuantes in contrahēdo matrimonia. cum alienigenis mulierib⁹ significātur de penitencijs de vicijs carnalibus qui tamen postea deo ꝑmittente ⁊ diabolo procurante ad vomituz reuertuntur pristinis se vicijs implicantes et isti sunt obiurgandi per asperaz correptionem illorum. ad quorum spectat officiū Sūt etiā maledicēdi per hoc ꝙ mala pene superuentura eis sunt predicenda si i talibus perseuerant Sunt etiam cedendi corꝑaliter et affligendi per illos ad q̄rum spectat officium si fuerint obstinati (memento mei deus in bonum) per hoc significatur ꝙ bonus prelatus ex debita correptione malorum remunerationem bonorum consequitur suꝑnorū

Explicit Neemias

Incipit Hester.

In dieb⁹ assuēi q̄ r̄gna uit ꝛc.) Illum ordinez quē tenui sacram scripturam exponendo litteraliter intendo tenere mistice exponēdo. s. exponendo. p̄mo libros canonicos ⁊ postea non canonicos si tam̄ vita comes fuerit dn̄o concedente. ꝓpter quod post expositionē neemie misticaz ad librum hester me conuerto Igitur per r̄gem assuerum xp̄s significatur. p̄mo rōe interpretationis. Nam assuerus interp̄tatur beatus. crist⁹ autem non solum beat⁹ est. sed etiā sanctorum aliorum beatitudo Scd̄o rōne regie dignitatis quia cristus non solum est rex sed est rex regum. ⁊ dn̄s dominācium vt dicitur Apoc̄. xix. (Quando sedit in solio regni sui) licet autē crist⁹ in q̄ntum deus sit eternus non tamen fuit rex vel domin⁹ ab eterno sed quādo creaturam habuit subiectā inter creaturas āt angelica prior est saltez dignitate ⁊ sic i sāctis angelis cepit regnare ideo subditur. (susa ciuitas regni eius exordiuz fuit) susa eniz gaudiū vel leticia interpretatur. de ciuitate vero sup̄na In qua ciues sūt angeli sancti dicit̄ p̄s. lxxxvij. Sicut letācium omni. ha. est i te (tercio igitur anno imp̄ij sui) per terciū annum ꝯuenienter intelligitur tp̄s terciū qd̄ est tempus gratie qꝛ successit tp̄i natuē ⁊ tp̄i legl. mosaice. (fec̄ grā de ꝯuiuium) quia tunc instituit eukaristie sacramentuz (Cunctis p̄ncipibus ⁊ puerl. suis ⁊c̄.). i. apostolis de quib⁹ dicitur p̄s. lxiiij. Constitues eos p̄n. super omnē terrā ⁊ fidelibus alijs in diuersis ecclesie gradibus constitutis (vt ostēderet diuicias glorie regni sui (tunc enim ostendit fidelibus suis cibum preciosissimuz q̊ reficiūtur angeli gloriosi in specie ꝓpria fideles autem in hoc sacramento sub specie aliena (inuitauit omnem populum) qui vult ōnes homines sal. fieri ⁊ per ꝯsequens ad hoc sacramentū admitti (vij. diebus). i. toto tp̄e qd̄ septenario dieruz reuoluitur (In vestibulo orti). i. ecclesie militantis d̄ qua dicitur Canti. iiij Ortus conclusus soror mea sponsa (et nemoris) dicitur autem ecclesia nemus. nam in ea sunt multe bone p̄sone tanq̄m arbores fructifere per sanctam vitā ⁊ aromatice per bona famaz (qd̄ regio cultu). i. diuino (ꝯsitum erat) nam ip̄e est cultor ecclesie p̄ncipalis (. Et pendebant ex omni p̄te tentoria) id est sanctorum angeloruz p̄sidia. sicut tentoria ꝓhibēt pluuias ⁊ caumata (coloris aerei ⁊c̄) p̄ triplicē colorez hic positum significat̄ ternarius gerarchiaruz ⁊ in qualibz gerarchia tres ordines angelorum quia tamen eoꝝ stabilitas ē a deo trino ⁊ vno. ideo h⁹ mōi tentoria sustentari dicuntur funibus circulis (⁊ columnis). i. tribus p̄sonis q̄ sunt colūne oēm creaturam sustentātes aliter enim statim in nihilum redigeretur sūt ec̄ circuli omnem perfectionē eminentissime ꝯtinentes sunt etiam funes vniuersi p̄tes adinuicem ꝯnectentes (lectuli quoqz) id ē sedilia p̄ ꝯuiuantibus ad moduz lectorū disposita. scd̄m sensum literalez Moraliter vero per hec sedilia significātur quies cōsciencie in qua sedere d̄bent p̄cipientes sacramentū eukaristie (dicūtur autē aurei ⁊ argentei) quia per aurum caritas ⁊ per argentum mundicia designatur per quas ꝯsciencie quietant̄ (bibebant āt qui inuitati erāt aureis poculis) quia virtus eukaristie sugitur vi amoris (vinū quoqz ⁊c̄) p̄ quod sanguis cristi p̄ciosissim⁹ designat̄ qui nobis in hoc sacramēto sb̄ specie vini datur (vasti quoqz regina ꝛc̄.) per ip̄am intelligitur sinagoga nam interpretatur diffinitio consummata. finis autez sinagoge consummatus fuit in cristi passione. nam ex tunc legalia fuerunt mortua ⁊ post publicationem euāgelij mortifera tempe tamen intermedio a iudeis poterant obseruari ideo subditur (fecit ꝯuiuium) in oblatione sacrificiorū ⁊ dicitur conuiuiū feminarum ad designandum eius defectū sicut sexus femineus est defectiuus (In palatio vbi rex assuerus manere consueuerat). i. in templo in quo dabātur diuina rn̄sa an̄ passionis cristi tempora (itaqz die septimo cum rex esset hilarior) per diem septimuz

intelligit ebdōda vij. post pasca post q̄m festum pentecostes celebratur tunc eniz rex noster ihesus cristus hilarem se ostendit qz dona spūssancti discipulis in signo visibili dedit (Et post nimiam potationē icaluisset mero). i. spūsancto non in se qz a p̄ncipio ɔceptionis habuit plenitudinē gratie. ꝫ in corpore suo mistico. nam ꝓpt̄ receptiōem spūssancti eius discipuli putabantur pleni musto vt habet Act. ij. (p̄cepit mahumā ⁊ bagata ⁊c̄) per istos significantur apostoli alij q̄ discipuli quibus p̄cepit xp̄s vocare ꝓplos ⁊ p̄ncipaliter sinagogam ad ɔuiuium noui testamenti ꝓpt̄ quod paulus ⁊ bar. dixerunt iudeis Act. xiij. vobis oportebat p̄mū loqui verbum dei ꝫ q̄m repellitis illud ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite ecce ɔuertimur ad gentes sic enim p̄cepit nobis deus ⁊ hec repulsio significat ꝑ hoc qd̄ subditur (q̄renuit ⁊ ad eius imperium qd̄ ꝑ enuchos mandauerat venire ɔtempsit). i. ꝓpter ɔtemptū p̄dicatiōis apostolorum Jesus cristus rex regum sinagogam pro maiori ꝑte in incredulitate dimisit

Capl'm .ij

HIs ita q̄ gestis ⁊c̄) sequitur (q̄rātur regi puelle virgines ⁊c̄) q̄uis autem quelibet ꝑsona ꝑseuerās in integritate fidei virgo dicat ⁊ dei spōsa tamen ecclesia ex ꝑsonis talibus ɔgregata dicitur sponsa dei p̄dilecta ⁊ hoc significat Cant. vi. cum dicitur lx. sunt regine ⁊ lxxx. cōcubine ⁊ adolescentularuz non est numerus vnde est columba mea ꝑfecta mea Igitur ꝑ singulas virgines quesitas pro rege significātur singule fidēles ꝑsone ꝫ per hester que fuit p̄electa signat ecclesia ⁊ per nūcios ad querēdum missos apostoli ⁊ p̄dicatoēs. Alit̄ potest etiā per hester virgo Maria designari et per nuncios angeli eam visitantes ⁊ spāliter gabriel angelus ad eaz specialiter d̄stinatus Luce. i. (Et tradāt eas in domū femiaruz sub manu egei). i. sub disciplina spūssancti a quo custodiunt dicte virgies ⁊ vnguntur carismatibus ⁊ varijs virtutibus adornant (ducta est itaq̄ ad cubiculum regis ⁊c̄) h̄ mistice fuit impletum in ascensione xp̄i tūc eni ecc̄am iustorum secum duxit ad celestia vel in assumptione virginis gloriose quādo fuit sup angelos exaltata (ac dona largit⁹ ē iuxta magnificenciā p̄ncipalem) xp̄s enim rex nr̄ ecclesiam secum ducens ad celestia dedit suis fidelib⁹ abūdant spūssancti dona p̄s lxvij. scd̄m trāslatiōem lxx. ascendens in altum cap. captiuitatem dedit dona hoībus (Eo tempore quo mardoche⁹ ⁊c̄) ꝑ duos enuchos qui voluerunt regez interficere significati fuerūt pharisei. saducei qui post ascensionem xp̄i quesierūt ipsuz in membris suis occidere ⁊ nomē ci⁹ penitus delere vt patz Act. viij. ⁊ alijs eiusdem libri plurib⁹ locis ꝑ mardocheū aūt qui salutis hester gerebat curā pōt petr⁹ apostol⁹ itelligi qui curā suscepit ecclesie cristi ⁊ denūciauit ecclesie maliciā phariseoꝝ ⁊ saduceorū nomē xp̄i delere querēciū vt sup hoc dn̄m exhonoraret vn̄ dicitur. Act. iiij. de petro ⁊ iohe dimissi autē venerunt ad suos ⁊ ānūciauerūt eis q̄nta ad eos p̄ncipes sacerdotum ⁊ senioēs dixissent qui cū audissent vnanimit̄ leuauerunt vocem suā ad dn̄z ⁊c̄ (⁊ annalib⁹ traditu est corā rege) ꝑ qd̄ significat ꝙ merita iustorum non dant obliuioni sed registrantur coram rege celesti vt r̄munerent tp̄e competenti. Capl'm iiij.

POst hec rex assuer⁹ exaltauit amā. ⁊c̄) p⁹ ꝑsecutiōem iudeorū secuta ē ꝑsecutio p̄ncipū rōnoꝝ q̄ multū conati fuerūt nomē xp̄i delē ⁊ xp̄ianos interficē Igit̄ ꝑ amā q̄ iterp̄tat iiq̄tas p̄t nero nequissim⁹ intelligi q̄ rex regū exaltauit ad sblimitatē ipij rōni. nā omnis ptās a d̄o ē ꝓuer. viij. ꝑ me reges regnāt ⁊ ꝓpt̄ dignitatē impij venerabāt neronē ꝓpli rōnis subiecti ꝑ mardocheū āt q̄ corā amā voluit genu flectere significat petr⁹ aplus ⁊ quicunq̄ successor eius bonus imo ec̄quilibet verus xp̄ianus qui sacrilegis p̄ncipū mandatis noluerunt obedire ꝓpter quod dicti sacrilegi ꝑsecuti sunt grauit̄ ecclesiam excitata tamen fuit prima ꝑsecutio ꝑ neronē (nūciauerūt amā) ꝑ istos nūciatores significantur accusatores cristianorum apud impios imperatores (et litere ipsius anulo signate). per anulum significatur imperialis potestas a deo

data sicut p̄dictum est qua tamen nero et
alij sibi similes abusi fuerunt in cristiano-
rum ꝑsecutione

Capl'm.v

Que cuz audisset mardocheus sci
dit vestimenta sua ꝛc.) ꝑ mardo-
cheū significatur bonus prelatus
qui corporale periculum vel spūale ꝯgno
scens populi sui se ip̄z affligit operibus pe
nitencie ad ꝓuocandū misericordiam dei
(ꝛ hoc eiulatu vsqz ad fores palacij gradi
ens).i.ad respectū diuine maiestatis per
penitenciam ꝛ orationem appropinquare
cupiens(non erat licitum indutum sacco
aulam regis intrare)per q̄m significatur
palaciuz celeste qđ null⁹ ingredi potest in
dutus sacco mortalitatis hūane(qđ au
diens hester consternata est)Naz ecclesia
audiens afflictionem boni prelati debz me
rito turbari ꝛ mittere sibi vestem ꝓcuran
do sibi suis orōnibus diuinam consolatio
nem sicut ecclesia procurauit petri libera-
tiōem Act.xij. De hac autem veste dicitur
Isa.lxi. Induit me domin⁹ vestimēto salu
tis ꝛc.sed quia bon⁹ prelatus cito reuerti
tur ad fletum ꝓpter aliquorum populi sui
peccatuz ideo dicit̄ (quā accipe noluit)ꝑ
hoc autē ꝙ hester de accessu ad regem ad
precandū pro liberatione populi.p̄mo se ex
cusauit postea vero consensit significat̄ ꝙ
triūphans ecclesia vel virgo beata vidētes
ꝙ non sit tp̄s liberatiōis populi fidelis ab
afflictione nam aliquando non expedit.et
pro tunc cessant orare sed postea tp̄e cōpe
tenti faciunt (tradens me morti) licet eniz
ecclesia triūphās ꝛ beata virgo sint extra
mortalitatis statum tamen dicūtur tradē
se morti quādo ꝑiculū mortl. eius accipiūt
ad amouendū ꝑ suā interpellatiōem apđ
iudicem deū sicut bonus aduocat⁹ illi pro
quo aduocat aliquādo dicit pro sua ꝯsola
tione ego sup̄ me accipio ꝑiculum cāe tue
(rursum qz hester ꝛc.)per hoc autē ꝙ he
ster r̄gina mandauit iudeis ꝙ essent in af-
flictione et oratione đuota significat̄ ꝙ ec
clesia triūphās vel virgo beata volūt sibi
deuotos facere talia vt orantes pro ip̄is r̄
gem celi.veloci⁹ exaudiātur ꝑ hoc ꝙ illi ꝓ
quibus volūt orare ad impetratiōem grē
disponūtur

Capituluz vi.

Tercio die hester induta est rega-
libus vestimentis ꝛc.)per diez ter
cium significatur tempus gratie
qđ est post duo tempora scilicet temp⁹ na-
ture ꝛ tempus legis mosaice. tunc eniz ec
clesia de gentibus collecta ornata fuit do-
cumentis celestib⁹ ꝛ sacramentis ꝛ beata
virgo que significatur per hester in assum
ptione sua fuit ornata dotibus gloriosis.(
ꝛ stetit in atrio domus regie) naz ecclesia
stetit per constantiam in aduersis ꝛ virgo
gloriosa stetit per potenciam in celestibus
eminencijs.(Cunqz vidisset hester reginā
stantem placuit oculis eius)ecclesia nam
qz celesti r̄gi placuit ꝓpt̄ ei⁹ ꝯstanciā ꝛ v̄
go beata ꝓpter plenam corporis ꝛ anime
gloriā(ꝛ extendit contra eam virgā aure
am)nam vtriqz contulit caritatis diffusi
onē(obsecro vt venias ad me hodie ꝛ amā
tecum ad conuiuium)per qđ significatur
eukaristie sacramentū in ecclesia militāte
Et fruitio gloriosa in ecclesia triūphāte ad
vtrūqz vocatur rex celestis quia delectat̄
in deuotorum ꝯmunicatione ꝛ in bonoꝝ
fruitione ꝛ similiter aman vocat̄ per quez
ꝯuenienter iulianus apostata designatur
quia sicut ille fuit persecutor sinagoge sic
iste ecclesie fuit etiam xp̄ian⁹ ꝛ sb̄diacon⁹
ordinatus ꝛ sic ad ꝯuiuium ecclesie militā
tis fuit vocatus scđm actum ꝛ per ꝯseq̄s
ad ꝯuiuiuz ecclesie triumphantis ꝫ in po
tencia tm̄(Egressus est itaqz amā illo die
letus ꝛ alacer)per hunc egressum a ꝯui-
uio significatur eius recessus a xp̄ianorū
ꝯsorcio ꝛ quia tunc ascendit ad romanuz
imperium ideo dicitur(letus et alacer)tm̄
ꝓpter ineptum ꝛ tempale gaudiū (cunqz
vidisset mardocheum sedentez ꝛc.) ꝑ istū
mardocheum qui reuerenciā ip̄i amā nō
exhibuit significat̄ beatus basilius ep̄s q̄
mandatis iuliani apostate sacrilegis nolu
it obedire ꝓpter quod iratus iulian⁹ ꝯmi-
natus fuit ei ꝙ eius ciuitatē ꝛ populuz de
struēt quādo de bello ꝑfidis rediret sicut
aman querebat suspendere mardocheū ꝛ
populum ꝑdere iudeorū.

Capl'm.vij.

Noctem illam duxit rex insomnez
ꝛc.)sicut dictum est supra per re-
gem istum deus significatur qui ē

rex regũ licet autez deus scdm veritatez nunq̃m dormiat tamẽ scdm modũ loq̃/di humanũ dicit̃ dormiẽ qñ mala puniẽ dissimulat ⁊ bona remunerare ⁊ quãdo ɔtrarium facit puniendo mala vel remunerando bona tunc dicitur euigilare tũc ãt ip̃ius amã iusta punitio ⁊ mardochei remuneratio imminebat de ꝓpinquo iõ dicitur noctẽ illam duxisse insomnez (Et iussit sibi afferri historias ⁊ annales priorum tẽporũ) tunc eni merita mardochei ⁊ demerita amã p̃terita corã deo fuerũt per sanctos angelos recitata sicut de meritis thobie ⁊ sare dicitur Thobie iij. In illo tempore exaudite sunt preces amboꝝ quorum vno tempoẽ sunt orationes in ɔspectu dñi recitate (hõ quẽ rex).s. celestis (honorare cupit).s. in futuro vbi erit verus honor vnde dic̃ Greg. oml. viij. si culmen veri honoris q̃ritis ad celeste regnũ tendite si gloriam dignitatũ diligitis In illa supna angelorũ curia vna ascribi festinate (debz indui vestib⁹ regijs).i. i presenti vita dz ornari virtutib⁹ moralibus ⁊ theologicis (Et iponi sup equũ qui de sella r̃gis est).i. dz habere corp⁹ totaliter obediens spiritui ⁊ subiectum (Et accipe regium diadema sup caput suum).id est mente sua que caput ẽ hominis debz habere iugẽ memoriã corone celestis ꝓ cui⁹ adq̃sitiõe dz ɔtinue laborare (Et p̃m⁹ d̃ regijs p̃ncipibus).i. vnus de angelis hominũ custodibus sicut Gen̄.i. dicit̃ ⁊ fcm̃ ẽ vespere ⁊ mane dies vnus.i. prim⁹ (et p plateas ciuitatis).s. celestis (Clamet ⁊ dicat) cum ip̃m ad gloriã itroducet (sic honorabitur q̃cunqꝫ rex) celestis (voluerit honoraẽ) ⁊ sic factum fuit btõ basilio per mardocheuz significato ⁊ cuilibet prelato sancto

Caplm vij

Intrauit itaqꝫ rex ⁊ aman ad conuiuium ⁊c̃).deus qui per regem ⁊ peccator qui p aman significatur intrant ad ɔuiuium eukaristie sed tamen diuersimode quia de⁹ itrat vt ɔuiuium faciẽs.pecc̃or ãt vt abutens ⁊ indigne sumens quia iudiciũ sibi manducat ⁊ bibit Sequitur petitio hester p q̃m significatur ecclesia cuz dicitur (da mihi animã meam pro qua rogo ⁊ ꝓplm meũ pro quo obsecro) Sic autem petiuit ecc̃a beati basilij ad eius monitionem scz vt liberaretur cuz ꝓplo a morte sibi ɔminata per iulianũ apostatam ⁊ missus fuit sanctus mercurius ad int̃ficiẽdũ iulianũ sic amã de mandato regis suspensus fuit in patibulo qd̃ pauẽat mardocheo ⁊ vtinã sic accidat omnibus malum machinantibus aduersus innocentes vt impleat̃ illd̃ p̃s.ix In laqueo isto q̃ abscõ.com.ẽ pes eorum

Caplm. viij.

Die illo dedit rex assuerus regine hester domũ amã ⁊c̃) per hoc fuit figurata concessio vrbis romane facta ecclesie i qua regnauerat iulian⁹ apostata figuratus per amã ⁊ plures alij psecutores ꝓpli cristiani (Et mardoche⁹ ingressus est ante faciem regis) sicut dc̃z est supra per mardocheum intelligit̃ beatus. Petrus et eadem ratione per eum potest intelligi quilibet bonus p̃latus de salute ecclesie solicit⁹. Multi v̄o boni prelati ꝓpter atrocitatem psecutionis fugerant de ecclesijs suis ante baptismũ constantini sed ip̃o baptizato apte fuerũt ecclesie ⁊ reuersi fuerunt prelati fugitiui vt in ecclesijs suis ministrarent ante faciez regis celestis qd̃ figuratũ fuit per ingressum mardochei ante faciem regis. (tulit itaqꝫ rex anulum quẽ ab aman recipi iusserat ⁊ tradidit mardocheo) hoc autem mistice fuit impletum quando diuina ordinatione sublata fuit a p̃ncipibus terrenis potestas inuestiẽdi episcopos ⁊ abbates per baculum et anulum et remansit prelatis ecclesie tantum (hester autem cõstituit mardocheuz supra domum suaz) per quod designatur q̃ nullus instituendus est prelatus nisi per ecclesiam hester nomine figuratam (Orauit qꝫ vt maliciam aman ⁊ machinationes eius ⁊c̃) seq̃tur (Juberet irritas fieri) qd̃ rex noster iesus cristus mistice fecit quando per constantinuz statuta cõtra xp̃ianos facta p neronẽ ⁊ alios psecutores xp̃ianoꝝ irri

tauit inhibēs sub pena ne aliqua fieret in iuria xp̄ianis (mardocheus autez egredi ens de palatio q̄ de aspectu regis fulgebat vestibus regijs q̄ē.) p̄ hoc significatur q̄ p̄latus fraterna caritate motus aliquādo ō ptemplatione debet egredi q̄ trāsire ad actionem pro salute populi sui q̄ tunc debet fulgere vestibus virtutum q̄ corona dignitatis q̄ amicti pallio honestatis (omnis q̄ ciuitas exultauit) In promotione namq; boni p̄lati debet populus letari p̄uer. r. xix. In multiplicatione iustorum letabitur vulgus cum autez impij sūpserint p̄ncipatum gemet populus.

Capm ix.

Citur trij. mensis q̄ē.) In hoc capitulo describitur interfectio duplex aduersariorum populi iudaici per qō figurata fuit duplex interfectio aduersariorum populi cristiani p̄ma fuit tempore karoli magni. Secōa tēpore godfridi de billonc sicut in eorum gestis scribitur diffuse Per decez filios amō suspensos in patibulis. figurata fuit damnatio maliciam eius imitancium in gehēnc penis Per interfectionez autē quingentorum virorum significatur mactatio v. sēsuum q̄tum ad illicitos motus eorum per hoc autem q̄ in dei occisorum bona voluerunt prevari significatur q̄ cristiani pugnātes, contra infideles q̄ eciaz in quolibz iusto bello moueri non debent p̄pter lucra temporale sed zelo fidei q̄ amore iusticie (quintodecimo autem die percutere defierunt q̄ idcirco eundem diem statuerunt solemnem) per hoc autem ostenditur q̄ ō victoria corporali q̄ multo magis de spūali gratie deo sunt reddende tanq̄m victori p̄ncipali Deut. viij. Ne dixeris in corde tuo fortitudo mea q̄ robur manus mee hec ō nia mihi prestiterunt sed recordaberis dñi dei tui. quia ipe tibi vires prebuerit vt impleret pactum suum super quod iurauit patribus tuis sicut presens indicat dies

Capitulum x.

Ex vero assuerus omnem terraz q̄ē.) per regem assuerum significatur dominꝰ noster Jesus xp̄us sicut dictum est supra qui subiugauit sibi ō nem terram per fidem naz aliqui de omni terra iugo fidei cristiane submiserunt cordi

la sua vt sit sibi distributio pro generibus singulorum cum dicitur (omnem terram) sicut dicitur omne animal fuit in archa noe Circa vero finem mundi omnes generaliter supponentur iugo fidei sicut dicit docto. nostri q̄ tunc in omnibus generibꝰ erit deus vnus q̄ nomen eius vnū zacharie xiij. Et tunc erit distributio pro singulis generum cum dicitur (omnem terram exaltauit mardocheuz) per istum mardocheuz quem rex assuerus exaltauit q̄ fecit a se secōm significatur pontifex summꝰ q̄ cristus exaltauit super totum populū cristianum faciens ipsum sibi vicarium (quem rez bona populo suo) per hoc ostenditur q̄ studiuz summi pontificis verti debet ad querendū bonū populi cristiani q̄ similiter alij p̄lati sub ipo quilibet in sua prouincia vel diocesi ad honorem q̄ gloriam domini nostri Jesu cristi cui est honor q̄ glia in secula seculorum Amen. Cetera que sequuntur non sunt in hebreo nec sunt de canone p̄pter quod ea hic omitto q̄ quia in precedentibꝰ virtualiter otinētur

Explicit Hester

Liber

Incipit Job.

Ur erat i terra hus nomine Job) pbus primo ethicorum tetragono cōparat hominem virtuosum q̄ sicut corpus tetragonuz optime sedet i quolibz latere sic virtuosus bene se habet in omni euentu fortune p̄pter quod ibidē dicit pbs de virtuoso q̄ fortunas optime ferret. s. prospera ea vtendo ad opera magnificēcie q̄ liberalitatis q̄ aduersa ea vtendo ad exercicium pacientie q̄ longanimitatis. Job ār bene se habuit in prosperis q̄ aduersis sic

patet ex decursu huiꝰ libri ꝓpter qđ tenet
typum cuiuslibet ꝑfecte virtuosi In pros/
peris āt bñ se habuit ante fortunā aduer
sam ⁊ etiā post ipāz ꝓpter qđ in p̄ncipio
libri ⁊ eius fine agitur de tp̄ibus ꝓsperi
tatis i medio vero đ tp̄e aduersitatis q̄n
tū ad p̄mū dr̄ (vir erat) .i. v̄tuosus a vir
tute morali ⁊ intellectuali dictus iō subdi
tur (in terra hus) que ꝯsiliator interp̄tat̄
talis .n. est ad ꝯsulendū sibi ⁊ alijs valde
aptꝰ (noie Job) qui magnꝰ interp̄tat̄ ille
qui inter hoies est virtuosior ille iter eos
ē vere maior (erat q̄z vir ille magnꝰ) v̄tu
te ⁊ dignitate (inter ōnes orientales) id
est xp̄ianos. de xp̄o nāq̄z dicit̄ zacha. vi.
ecce vir oriens nomē eiꝰ sic āt a noie xp̄i
dicūt̄ xp̄iani ita a noie oriētis p̄nt dici ori
entales (Nati q̄z sūt ei vij. filij) scđz ꝙ di
cit Greg. oml. xv. qr vij. diebꝰ omne tp̄s
reuoluit̄. recte septenario numero vniuer
sitas figurat̄ Discipulꝰ āt ꝑfectꝰ homis
ꝑfecti in virtutibꝰ moralibꝰ ⁊ intellectua
libꝰ dicit̄ eius filiꝰ tanq̄m similis ei factꝰ
Per vij. igitur filios vniuersitas discipulo
rū eius potēciū bene operari ⁊ docere si/
gnificant̄ (⁊ tres filie) ꝑ q̄s intelligūtur
ꝑsone potentes bñ operari sed nō docere
ꝓpter quod dicūt̄ filie qr nō p̄nt gignere
filios verbo p̄dicatiōis vel doctrine p̄nt
tamē ꝯcipere ꝯceptꝰ deuotiōis ꝑ verbū
p̄dicatoris dicūt̄ āt tres qr viuunt in fide
scē t̄nitatis (Et fuit possessio eiꝰ vij. milia
ouiū) per oues innocentes intelligūt̄ vnđ
dicit̄ ij. Re. xiiij. isti qui oues sūt q̄d fecer̄t
ꝑ septenarium numerū vniuersitas desi/
gnatur sicut dictum est supra (Et tria mi
lia camelorum). ꝑ camelū qui est animal
gibbosum ⁊ portandis oneribꝰ aptum si
gnificat̄ peccator penitēs qui peccauit ex
gibbo sup̄bie sed ad satisfaciēdū se exp̄cit
ad portandū onus penitencie. (q̄ngenta
quoq̄z iuga boum) ꝑ iuga intelliguntur
persone matrimonio vnite quia iugum
dicit̄ a iungendo. bos āt est animal labo
riosū ꝑ iuga boum significāt̄ ꝑsōe ꝯiuga
te viuētes honeste laborātes pro sui statꝰ
honestate seruanda ⁊ pro ꝓle ad dei s̄ui
cium educanda (Et q̄ngente asine) asina
est animal tardum tamen humilit̄ sb̄ijci
tur ad onus portandū ideo per asinas si

gnificant̄ ad penitenciā tarde venientes
ipāz tamen hūiliter sustinētes dicūt̄ aūt
quingenta iuga boum ⁊ quingente asine
quia dū vtriusq̄z ꝯditionis ꝑsone ꝑ labo
rem pnie ad eternam requiem gradiunt̄
sub q̄ngētesimo numero mistice reponū
tur. nam q̄nquaginta ꝑ. x. multiplicata
faciunt q̄ngēta. q̄nq̄gita v̄o requiē signi
ficāt eo ꝙ ānus q̄nquagesimꝰ erat r̄mis
siōis ⁊ quietis tēpus omnia v̄o predicta
possessio Job dicunt̄ ꝑ quez bonꝰ doctor
vel p̄latꝰ significat̄ qr cedit ad eiꝰ meritū
quicquid boni per eius doctrinaz fit i sta
tibus predictorum In omnibꝰ aūt p̄dcis
ponit̄ numerus determiatꝰ ꝓ indet̄mia
to sicut Math. xvi. Non dico tibi vsq̄z sep
cies sed vsq̄z septuagies septies id est toci
ens quociens (Et familia multa) expona
tur sicut supra (Et ibant filij eius ⁊ facie
bant ꝯuiuia ⁊c̄). filij boni doctoris vel p̄
lati sunt predicatores ab eis instructi vel
missi qui faciunt ꝯuiuia vnusquisq̄z in die
suo quando quilibet eorum predicat tem
pore sibi apto (⁊ mittentes vocabant tres
sorores suas ⁊c̄) licet enim omnes fideles
vocentur ad ꝯuiuiuz verbi dei tamē ma
gis ibi reficiuntur persone supradicte per
filias Job significate. (Mittebat ad eos
iob ⁊ sanctificabat illos ⁊c̄) frequēter eni
predicatores ex sua predicatione appetūt
commendari cum tamen tota gloria de/
beat esse dei quos bonus prelatus sancti
ficat pro eis orando ⁊ eukaristiam offerē
do ⁊ hoc bonū ꝯtinuādo iō seq̄t̄ (sic facie
bat cunctis diebꝰ) (Cū autē filij dei assi/
sterēt corā dño ⁊c̄) scđm sensū lr̄alē ꝑ fili
os dei h̄ intelligūt̄ āgeli sci scđz v̄o sensū
moralē itelligūt̄ sci hoies vitā āgelicā du
cētes int̄ q̄s freq̄ter ē sathā. i. hō ꝑuersꝰ
q̄ dicit̄ sathā eo ꝙ est mēbrū eius. (cui di
xit dñs vñ veis) r̄q̄rit. n. dñs ad puniēdū
opa ꝑuersoꝝ (qui rñ dens ait circu. terrā
) homies. n. peruersi sunt instabiles ⁊ va
gabūdi (nunquid ꝯsiderasti s̄uū m. Job
⁊c̄) q. d. tu ꝑuerse debuisti viros scōs ꝯsi
derare ⁊ te eis conformare sed quia per/
uersi magis q̄rūt bonos ipedire iō sb̄dit̄
(nūquid frustra Job timet deum. quasi
diceret bonitas q̄m in eo laudas non est
vera sed ficta. (sed extende paululum

ꝛc̄).i.proba eum per subtractiōez tempa/
lium bonorum(nisi in faciez benedixēit ti/
bi).i.tunc manifeste maledicet tibi(ecce v
niuersa que habet in manu tua sunt)freq̄
ter enim deus ꝑmittit peruersos sanctl.ho
minibus dominari ad eorū iustaz dānati
onē ꝛ scōꝝ p̄miatōez(Egressus qz est sath
a facie dei)nam illi qui ꝑuerse oꝑantur a
deo semper elongātur vnde Luce.xv.dicit̄
de filio prodigo ꝙ recedens a patre abijt
in regionem longinquam(boues arabant
ꝛ asine pascebantur iuxta eos)ꝑ boues a/
rantes significant̄ homines pro bono cōi
laborantes per asinas pascentes iuxta eos
homines pigri ꝛ tardi ad bonum ꝛ viuen
tes de laboribus eoruz (Et irruerūt sabei
)qui captiuantes interpretātur ideo signi/
ficant demones per quos bene operantes
captiuantur quādo de bonis operibus in
suꝑbiam eleuantur ꝛ tardi ad bonum qñ
in suis fecibus moriuntur(Et pueros per/
cusserunt gladio)per pueros custodes p̄di
ctorum intelliguntur rectores eoruz qui si
mul cum eis ꝑeunt quando eorum mala
per eorū negligenciam ɔtingūt(Ignis dī
descendit de celo)scdm sensū literalē ignis
iste fuit accensus dei ꝑmissione et dī oꝑati
one ꝓꝑter quod significat ignez cōcupiscē
cie qui deo ꝑmittente ꝛ diabolo(Insufflā/
te succenditur)ꝓꝑter quod de ip̄o dicitur
ifra xli.cuius halitus prunas ardere facit
(Et tactas oues pueros qz ɔsumpsit)qd̄
moraliter ɔtingit quādo simplices ꝑ igno
ranciam ꝛ rectorum negligenciā isti ꝛ illi
flamma ɔcupiscēcie consumūt̄(Caldei fe
cerūt tres turmas ꝛc̄.)per caldeos qui fe
roces interpretantur d̄mones significāt̄.i
pe.v.aduersarius vr̄ diabolus tan.leo cir
que.quem deuoret ꝛ isti caldei faciūt tres
turmas.nam aliqui demōes specialiter ex
citant ɔcupiscenciam carnis aliqui ɔcupi/
scenciam mundi aliqui superbiam vite(et
inuaserunt camelos)per quos significant̄
homines apti ad portandum onus ꝓꝑli. ꝫ
a demonibus auferuntur qñ precipitātur
in aliqd̄ vicium per quod inepti reddunt̄
(nec non ꝛ pueros ꝑcusserunt gladio)qd̄
moraliter fit quādo per superiorum negli/
genciā hoc cōtingit(filijs tuis ꝛ filiab⁹ ve
scentibus ꝛc̄.)sicut dictum est per filios in
telliguntur discipuli iam docere potentes
per filias discipuli ad docendum adhuc in
sufficientes(repente vētus vehemens irru
it)qd̄ moraliter fit quando ꝑuersa doctri
na diabolo ꝓcurante in domū discipline
se ingerit et tunc filij ꝛ filie opprimunt̄ qꝛ
maiores discipuli ꝛ minores doctrina pe
stifera corrūpuntur (tunc surrexit Job ꝛc̄
)quia bonus doctor vl' prelatus ex casu di
scipulorum a virtute non deijcit̄ sed ip̄orū
casum lamentans deū adorat ꝛ veneratur

Capl'm.ij

Factum est autē ꝛc̄.) exponat̄ sicut
capl'o p̄cedenti vsqz ibi(Tu autez
ɔmouisti me.vt affligerē eū frustra).i.sine
culpa sua nō tñ hoc fuit frustra ex intenti/
one diuina.nam hoc ꝑmisit ad paciencie
Job exercicium ꝛ eius p̄mium augmen/
tandum(pellem pro pelle ꝛc̄.)q.d.ista pro
batio iob est modica sic autē tirāni qui sūt
membra diaboli penā innocētum semꝑ di
cunt esse modicaz et querunt inferre maio
rem (Ecce in manu tua est)ꝑmittit enim
deus aliquādo bonum prelatū vel doctorē
affligi grauiter nō solū in subditis ꝛ tꝑali
bus bonis sed etiā in proprijs personis q̄z/
tum ad corpus non tñ quātū ad animā iō
subditur(verūtamen animā illius serua).
nam a virtute non deijcitur sed magis per
pacienciā stabilitur (Egress⁹ itaqz sathā)
exponatur vt supra(percussit Job vlcē pes
simo)scilicet ex parte inferentis qui hoc fe
cit pessima voluntate sed tamē optimo ex
parte sustinentis qui sustinuit paciētissime
sicut et passio xp̄i pessima fuit ex ꝑte iude
ꝛ ꝓpuli iudaici optima tamen ex ꝑte xp̄i
(qui testa saniem radebat)per quod signi
ficatur ꝙ modus ꝑfecte paciētis est penā
inflictaz iniuste non renuere sed aliquādo
addere sicut in collationibus patrum legi
tur de beato paphnucio ꝙ cum ī crimine ī
posito sibi falso grauis pena fuisset imposi
ta ad eius addidit grauitatem(dixit autē
illi vxor sua)ꝑ quā intelligitur sensualitas
que scdm augustinum ꝑ mulierem signifi
catur et malum suggerit rationi sed debz
per rationem ei responderi (quasi vna de
stultl. mulieribus locuta es)eius suggesti
onem malam de impaciencia repellendo/
ꝛ subditur ratio (Si bona suscepimus de

manu domini) gratanter (mala autem quaē non sustineamus) pacienter quasi diceret sic debet esse ideo sequitur. (In ō nibus his non pec. Job ꝛc) Igitur audiē tes tres amici iob ꝛc) erant eniz veri ami ci vt dictum fuit in expositione literali ꝓ pter quod per ipos intelliguntur illi qui amicis afflictis vere cōpaciuntur (vene runt singuli de loco suo). nam sicut dicit Eth. nono libro ad infortunia amicoruz cicius ire debemus ad ꝯsolanduz q̄m ad eufortunia ad ꝯgaudēdū licet ad vtraq̄ sit eundum (Et exclamantes plorauerūt ꝛc) ex signis eniz vere compassionis affli ctus consolatur sicut portans graue pon dus ex cōportātib⁹ alleuiatur

Capl'm iij

Post hec aperuit Job os suum. ꝛc) scd̄m sentenciam Greg. Job tenet hic typum homis in pecc̄m mortale lapsi qui ꝑcussus est in mente. si cut Job fuit in corpore ad cui⁹ intellectū sciendum q̄ homo aliquando accipitur in scriptura qualis factus est scd̄m natu ram ꝛ sic dicitur Genes. i. faciamus ho minem ad ima. ꝛ si. nr̄am Aliquādo v̄o accipitur qualis efficitur per culpaz ꝛ sic dicitur i. Cor. iij. cum zelus ꝛ contentio sit in vobis nonne carnales estis ꝛ scd̄m hominē ābulati. homo igitur sic accept⁹ concipitur in peccati consensu ꝛ nascitur in actu et cuz vere penitet d. (pereat dies in qua natus sum ꝛ nox in qua dictuz est conceptus est homo.). i. talis conceptus ꝛ talis natiuitas pereant qd̄ sit quādo pec catum remittitur per peccantis peniten ciam ꝛ misericordiā diuinam (dies ille v̄ tatur in tenebras). i. delectatio que facit in actu culpe vertatur in merorem penitē cie (non requirat eum deus desuper) scz ad puniendū in finali iudicio nec sit in re cordatione coraz iudice summo (nec illu stretur luie). i. non manifestetur ad meā ꝯfusionez illustratione aduentus iudicis sed potius abscondatur velamine remis sionis p̄s. xxx. beati quoꝝ re. sunt iniqui. ꝛ quorum tec. sunt peccata (obscurent eū tenebre et vmbra mortis). per hoc intelli gitur consideratio pene gehēnalis que ꝯ sideratio licet sit horrida respectu tamen expiencie non est nisi vmbra Diez igitur p̄ue d̄lectatiōis obscurant tenebre ꝛ vm bra mortis qn̄ repellitur per considerati onem pene gehennalis (occupet eum ca ligo). i. perturbatio mentis d̄ peccato ꝑ petrato. (ꝛ inuoluatur amaritudine) scz ꝑfecte penitencie ꝛ qꝛ nō solū lamentādū est pro peccati actu sed etiam pro interio ri consensu ideo sequitur (noctem illaz te nebrosus turbo possideat). i. indignatio spūs cōtra malū sic ꝯsensum retineat qd̄ ad actum exterius non procedat (non cō putetur in diebus anni) placabilis domi no de quo dicitur Isa. lxi. spūs dn̄i super me ꝛc. sequitur vt predicarem captiuis i dulgenciam ꝛ clausis aꝑtionem ꝛ predi carem annū placabilez domino. i. temp⁹ gratie. ꝑ dies ꝛ menses anni gratie intel liguntur virtutes ꝛ actus earum de q̄b⁹ expectat̄ remuneratio diuina ꝛ oranduz est q̄ tunc non recordētur peccata ne ex eis offuscent̄ bona (sit nox illa solitaria) . i. non addatur alius ꝯsensus malus ad p̄muz (nec laude digna) quia de peccato non est gloriandu ꝓpter quod contra sic gloriantes dicitur Isa. iij. peccatum suū q. sodoma p̄dicauerūt nec aliquis de pec cato debet laudari ꝛ contra sic laudātes dicitur p̄s. ic. Laudatur pec. in d̄si. anime sue ꝛ iniquus benedicitur (maledicant ei qui maledicunt diei qui ꝑati sunt suscitaē leuiatam) isti sunt vere penitentes qui de testantur noctem consensus ꝛ diem act⁹ peccati ꝛ sic rebellant dyabolo cui erant subiecti qui per leuiataz significatur ꝛ sic ad pugnaz contra eos excitatur vt iterū sibi subijciantur Gregori⁹ Excitatur in prouocatione certaminis cum amittit ius peruerse dn̄ationis (obscurentur stel le caligine eius) qd̄ fit cum ex malorum nostroruz cogitatiōe bona nr̄a exterius lucencia obscurari vidētur ꝛ per hoc ab elatione reprimitur qd̄ est bonum (Expe ctet lucem ꝛ non videat). i. talis consens⁹ malus ad opus exterius visibile non pro cedat (. Quia non concludit hostia ven tris) id est concupiscencie que parit ma lum cōsensum ꝛ consensus factum (. Nec

abstulit mala).i.multiplicauit ipa(quare non in vulua mortuꝰ suꝫ)In vulua nāqꝫ peccatum moritur quādo ɔsensus malus ante factum per penitenciā diluit(egressꝰ de vtero non statim perij).i.statim post factum malum non penitui (cur exceptꝰ genibus).i.in ɔsuetudine peccati nutritus(Cur lactatus vberibus).i.de malo in peiꝰ verbis mali attractus ꝓuerbio.i. Fili mi si te lactauerit peccatores. ne adq̄escas eis (nunc enim dormiens silerem).i.essem in pace ɔsciencie .si non essent in me predicti gradus culpe(Et somno meo).s. ɔtēplationis diuine(requiescerem cū regibꝰ ⁊ cōsulibus terre).i.cum viris ɔtēplatiuis qui reges sunt ꝑ subiectiōem motuū carnis ⁊ ɔsules dando fidelibus ɔsilia salutis(qui edificant sibi solitudines)nam cōtēplatiui libenter sunt solitarij(aut cum p̄ncipibus qui possident aurum ⁊c̄.).i.cuꝫ bonis doctoribus qui possident auꝝ sapiencie ⁊ argentū eloquencie pure(aut sicut abortiuū ⁊c̄.)abortiuum vero dicitur ortum non recto tempe.tempus vero non rectuꝫ fuit tēpoē natuē lapse in quo omnis caro corrupit viā suā vt habet Gene.vi. ꝓpt̄ quod diluuium inundauit ⁊ post diluuiuꝫ paucis exceptis omnis populus ad idolatriam d̄clinauit igitur sancti illo tempe nati dicūtur abortiui quibꝰ desiderabat iob assimilari quia descendentes ad limbū erant de sua futura beatitudine securi (Ex quibus ɔcepti non viderunt lucem)ꝑ istos intelliguntur sancti tpe legis mosaice nati q̄ tn̄ non viderunt cristum lucem mundi cum istis similiter querebat Job in limbo quiescere p̄dicta ratione(ibi impij cessauerunt a tumultu).i.demones qui molestare non poterāt scōs p̄res(Et ibi requieuerūt fessi roboē).i.fortes i tentatiōibꝰ sic ꝙ nō vincebantur tamē fatigabantur sicut dic̄ ꝑhs vij.et h̄.de ɔtinente (Et quondā vincti pariter sine molestia)scꝫ sunt in limbo sic̄ tpe Job erat sanctus Joseph ⁊ ei similes (non exaudierunt vocem exactoris) .i. demonis qui dicitur exactor Luce xij.⁊ iud̄x tradat te exactori(ꝑuus et magnꝰ ibi sūt).i.puer et adultꝰ morientes tamē in gratia (Et seruus et liber)naꝫ sicut dicit Ambrosiꝰ Apud dominū bona seruitus ⁊ bona libertas equa lance appenduntur(q̄re misero data est lux)sicut lugenda est ɔceptio scd̄m culpam ⁊ natiuitas sic ⁊ huius vite que pociꝰ est mors q̄m natiuitas ido dicitur (Quare misero data est lux)q.d sicut bonum ei fuisset non peccasse sic et in peccato non viuē ideo subditur (Qui expectant mortez ⁊c̄.)quia mori peccato debet esse in desiderio Rō.vi. Existimate vos mortuos quidē esse peccato viuentes aūt deo in cristo ⁊c̄.(⁊ non venit)aliqui nāqꝫ desiderant peccato mori ⁊ non moriuntur nam ex ɔsuetudine peccādi ab hac morte retardantur(quasi effodientes thesauruꝫ).s.diuine gratie qui inuenitur per hoc ꝙ homo moritur culpe ideo subdit(gaudent qꝫ vehementer cum inuenerint sepulcrum)de qua sepultura dicitur Rō.vi. Sepultisumus cum illo ꝑ baptismū in mortem)viro cui abscondita est via)eundi ad patriā (Et circūdedit eum deus tenebris).s.ignorancie ɔtractis ex peccati ɔsuetudine (an̄ q̄m comedam).i.delectatiōem peccati ꝑcipiam(Suspiro)sindere si remurmurāte peccato(Et tanq̄m inundantis aque sic rugitus meꝰ) Isa.li.impij.q. mare feruēs qd̄ quiescere non potest(quia timor quem timebam)de peccati ɔtinuatione (Euenit mihi) ꝓpter ɔsuetudinē que vix potest dimitti(nōne dissimulaui)ꝓpter hoc a peccatis emendari(nōne siliui)r̄tardādo peccata ɔfiteri(nōne quieui)manendo nimis in lecto peccati(Et veit super me indignatio).s.dei sic debet peccator pro peccatis suis dolere ⁊ lamentari.

Caplm iiij.

Respondens autem Elephath ⁊c̄.)Sciendum autem ꝙ liber iste ꝓcedit rhetorice ꝓpter quod r̄plicatur pluries eadem sentencia ad magis exaggerādū vt pꝫ ex dicl.⁊ patebit ex dn̄dis similiter ꝓcedit disputatiue ꝓpter quod etiam eadeꝫ aliquando repetūtur nam respondens repetit dicta opponentis ⁊ opponens replicando dicta rn̄dentis Sciendū etiaꝫ ꝙ licet amici Job primo venerint ad eius consolatiōem tamē postea ꝓruperūt ad eius iniustam increpationem ꝓpter qd̄ in fine libri dixit eis dominꝰ non estis locuti rectū coram me sicut seruus meus Job

ꝛ ideo per ip̄os significātur illi qui iustos iniuste increpare conantur tales autem sunt precipites in loquendo qđ nōt̄ cum subditur (Conceptum sermonem tenere quis possit) ꝛ vt acrius increparēt prius eum cōmendant de doctrina cuꝫ dicitur (Ecce docuisti plurimos) ꝛ de caritate fraterna cum subditur (Et manꝰ lassas roborasti ꝛc̄) ꝯn̄ter vertunt verbum ad increpatiōem (nunc autē venit super te plaga ꝛ defecisti) q.d. doctrinam tuam opibus destruxisti (vbi est timor tuus) erga dominū (fortitudo tua ꝛc̄) q.d. ista nō fuerunt in te scđm veritatem sed tm̄mō secundum fictionez (recordare obsecro te. q̄s vnq̄ꝫ inocēs perijt) q.d. nullꝰ icrepātes autē iniuste frequenter ex verbis suis ostenduntur deficere nisi eni in vita p̄nti đ qua loquebatur eliphath quia non credebat aliam Innocens aliquādo periret Isaias non diceret lvij. iustus perit ꝛ nō est qui recogitet Innocentes eniꝫ aliquādo pereunt in hoc mūdo vt saluētur in celo (aut quando recti deleti sunt) q. d. nū q̄m quia similiter est falsum nam aliquādo đ memorijs hominū delentur vt in libro vite scribāt̄ (q̄n pociꝰ vidi eos qui operantur iniquitatē ꝛc̄). sequitur. (flante deo perijsse) similiter hoc est falsum. nam aliquando impij ꝓsperantur vsq̄ꝫ ad mortem in vita p̄nti vt habetur infra eodem ca. Greg. Sepe namq̄ꝫ dominus diu tolerat quos in perpetuū damnat Sed quia mali non solū bonos arguunt de ficta bonitate sed etiam de crudelitate ideo subditur (rugitus leonis) vocant eos leones ip̄os de crudelitate nōntes. Et qꝛ non solum eos diffamant in personis proprijs sed etiam in sibi coniunctis vtpote in vxoribus filijs ꝛ famulis ideo subdit̄ (ꝛ vox leene ꝛc̄) (Porro ad me dictum est ꝟbū absconditum ꝛc̄) tales eniꝫ maligni vt iustius bonos arguere videantur fingunt aliquādo ꝙ occulta sibi diuinitꝰ reuelentur ꝛ que sint illa subditur (nunquid hō dei compatione iustificabit̄ ꝛc̄) licet eni hec sint impossibilia tamē maledici viri sanctis improperant de se sentire talia eo ꝙ reprobant in hominibus ꝛ bene ea q̄ deus homo legit̄ fecisse vt ꝙ a peccatrice tangi se permisit et cum peccatoribus comedit ꝛ bibit. saluator ei nr̄ talibꝰ peiorari non poterat quibus tamen peccatoribus melius erat Sic autem non est de nobis fragilibus ideo sequitur (Ecce qui seruiunt ei) scilicet religiosi (Non sunt stabiles). ꝓpter quod vitare peccatorum debēt occasiones ꝛ multo forcius hoc facē debent inferiores ideo subditur (q̄nto magis hi qui habitant domos luteas ꝛc̄) domos autem luteas inhabitant qui terrenis negocijs ad peccatum inducentibus vacant

Capl̄z .v.

Voca ergo si est qui tibi respondeat ꝛc̄) licet autez elyphath credens Job obstinatum in malicia increparet eum iniuste tamen eius verba contra sic obstinatum retorqueri possūt vere. ꝓpter quod sic exponantur ad p̄ns ei dicendo (voca ergo si est qui tibi rn̄deat) q.d. si deū inuocaueris non exaudiet te ꝓpter impedimentū malicie Ita ꝙ hic accipitur si ꝓ nō (ꝛ ad aliq̄ scōꝝ ꝯuertē) q.d. si hoc feceris eius tibi non valebit oratio ꝓpter obstinationem tuam in malo (virum stultum interficit iracundia). stultus dicitur .q. statu altus ꝛ talis ē superbus qui se existimat alios excellere et ꝓpter hoc frequēter occiditur quia vult alios conculcare (ꝛ puuluꝫ occidit inuidia) quia tristatur đ alterius excellencia (Ego vidi stultum firma radice). i. ꝓsperari in bonis huiꝰ vite (Et maledixit pulcritudini eiꝰ.). i. prosperitati quia nociua est bonis hominibus (longe fiēt filij eius a salute). i. imitatores sue superbie (Et ꝯterētur in porta). i. in morte per quaꝫ exitur đ presenti vita (cuius messem famelicus comedet) quia si fecit bonum opus de genere sibi non proficiet (Et ip̄ꝫ rapiet armatus). i. diabolꝰ de quo dicit̄ Luc̄ xi. Cum fortis armatus custodit atrium suum ꝛc̄ (Et bibent sicientes diuicias eiꝰ). i. tirāni qui sunt aliene substātie sitibūdi (nihil i terra fit sine causa) per terraꝫ significatur homo cui dicitur Genes. iij. puluis es et i pul. reuerteris ꝛ alia trāslatio hꝫ. terra es ꝛ in t̄rā reuerterl. in hac

autem terra nihil debet fieri sine cā quia
per membra corporis que sūt t̄rea nihil fie/
ri debz nisi qđ dictat ratio recta (Et de hu
mo).i.corpore humano (non egredieť do
lor).s.gehenne nam mortale peccatum nō
incurritur nisi ꝑ consensū anime (hō nasci
tur ad laborem ⁊ auis ad volanduz) Per
hominem exterior homo per auem autem
interior designatur igitur homo nascitur
ad laborem ⁊ auis ad volādum. Nam ho
mo exterior operibus actiue vite. interior
autē ꝯtēplatiue deputatur in vtraqz tamē
vita homo indiget adiutorio diuino iō sb̄
ditur (q̄ꝫobrez ego dep̄cabor dn̄m ⁊c̄. qui
facit magna ⁊ inscrutabilia) dum terrenū
hominem eleuat ad celestia vnde cecidit ā
gelica creatura (Qui dat pluuiam sup̄ fa
ciem terre) infundens hominib⁹ terrenis
stillicidia sue gratie (⁊ irrigat aquis) sacra
mētalibus (vniuersa).s.rōnabilia ad hoc
se disponēcia (qui ponit hūiles in sublime
) Math.v.beati pau.spū quoniā ip̄oruz est
regnū celorum (Et merentes erigit sospi/
tate) Math.v.beati lugent quoniā ip̄i con
solabuntur (Qui dissipat cogitationes
malignorū ⁊c̄.) ⁊ hoc est diuine misericor
die.quādo mala cogitata non ꝑmittit ad
implere (Qui apprehendit sapiētes in astu
cia eorum) credentes enim impedire ꝓui/
dēciā diuinā impedit sicut fratres Joseph
vendiderunt eum.ne domiaretur eis ⁊ ꝑ
hoc haberet dominiū sup̄ eos (per diez in
current tenebras) qđ fit cum per astuciā
incurrunt tenebras peccati (porro saluuz
faciet egenum ⁊c̄.) a gladio eniz oris ⁊ đ
manu violenti eripitur qui nec blandimē/
to seducitur nec ꝑsecutione frangitur ⁊ h̄
contingit egenis voluntarie qui cōtēnunt
ōnia amore celest̄l. patrie (Iniquitas āt ꝯ
trahet os suum) quando videbūt se deijci
⁊ egenos exaltari tunc enim dicent illud
Sapi.v. Nos insensati vitam illorum esti/
mabam⁹ insaniam ⁊ finez illorum sine ho
nore.ecce qūo ꝯputati sunt inter filios dei
⁊ inter sanctos sors illorum (est beat⁹ ho
mo qui corripitur a domino) naz ip̄e dixit
Apoca.iij. Ego quos amo arguo castigo.
(Et increpationem dn̄i ne reprobes)
est enim medicina sanitatis spūalis indu/
ctiua que non est r̄probāda (In vi. tribu
lationibus liberabit te ⁊ in.vij.non tāget
te maluz) In vi.diebus deus omnia crea
uit ⁊ in septima requieuit igitur per vi.di/
es intelligitur totus mundi decursus in q̄
fideles tribulantur vt eterna requie ꝯsolē
tur (In fame eruet te de morte) nam ma/
lis deficientibus ex subtractione verbi di
uini ip̄o reficiuntur electi. (Et in bello de
manu gladij) nam in tentationibus suc/
cumbunt ⁊ electi deuincūt (a flagello lin/
gue absconderis) a flagello lingue abscōdi
tur qui verbis iniuriosis non turbatur. (
Nō timebis calamitatē cum venerit).i.cū
gehenne calamitas alijs venerit (nō time
bis) quia tibi non nocebit .(In vastita
te ⁊ fame ridebis).i.tp̄e iudicij horribilis
sicut Luce xxi.dicitur electis respicite ⁊ le
uate capita vr̄a .i.exhilarate corda sic̄ ex
ponit Greg.omelia.i.(Et bestias terre nō
formidabis).i.demones qui cōp̄antur in
scriptura ferocib⁹ bestijs (Sed cū lapidi/
bus regionis peccatum tuum).i.cū electi.
de quib⁹ dicit̄ zacha.ix. Lapides sci eleua
buntur super terram (Et scies ꝙ pacē ha
beat tabernaculū tuū).i.corpus qđ est ta
bernaculum anime. Nā gloriosū erit in re/
surrectiōe (Et visitans spēm tuam).i. con
siderans corp̄is tui gloriosi decorem (non
peccabis) sicut modo sup̄bit homo de pul/
critudine corporis (Et scies quoniā multi
plex erit semē tuum).i.fructus operum tu
oruz (Ingredieris in abūdancia sepulcr̄
).i.eterne quietis locuz (qđ auditum mē
te ꝑtracta).i.diligenter ꝯsidera.nam attē
tio finis est directio op̄antis sic̄ visio signi
est directio sagittantis

Capl'm vi.

Respondens autē Job ⁊c̄.) sicut di
ctum est supra Job significat bo/
nuz doctorē vel p̄latū ꝓpter quod
tenz typū cristi qui doctor̄ p̄nceps ē ⁊ pa
storū sicut autē ꝑsecutiōez membrorū suo
rum suam dicit Act.ix. Saule saule quid
me ꝑse.sic eorum peccata dicit sua p̄s. xxi
Longe a salute mea v̄ba delic.me.quorū
remissionē desiderat d.(vtinā appenderen
tur peccata mea ⁊c̄.) In statera namqz di
uine iusticie passio cristi preponderat pec
catis humane nature (vnde ⁊ verba mea
doloē sunt plena) Math.xxvi.tristis ē ani

ma mea vsq̃ ad mor) qr sagitte dñi sunt i me) claui eni ⁊ lancea cristi corp⁹ pforã/tes possunt dici sagitte (quaruz indignatio ebibit spm̃ meuz). Jo. xix. Et inclinato capite emisit spirituz (Et terrores dñi militant cõtra me). i. pene mortis q̃ ẽ vltimũ terribilium (nũquid rugiet onager ⁊c̃) p onagrum ⁊ bouẽ qui sũt animalia bruta. significant̃ homies carnales vitã pecudum eligentes (et per herbam ⁊ presepe plenum) abundancia deliciarum in quibus quiescunt voluptuosi tanq̃ in optato fine ⁊ per ꝯsequens abhorrent labores corpis ⁊ dolores ideo subdit̃ (aut p̃t ꝯmedi insulsum ⁊c̃) sed p mutatiõem dextere excelsi de carnali fit aliquãdo fortis amore cristi ad pferendum aspera sicut patet d̃ sancto Bonifacio martire ido in psona talis dicit̃ (Que prius nolebat tãgere ania mea ⁊c̃) nam martiriuz qd̃ p⁹ abhorrebat ardenter pro cristo desiderabat sicut famelic⁹ escam cuius dilatio angustiat famescentẽ (quis det vt veiat petitio mea ⁊c̃) vt ad celi gaudium veniam per martirium. ph̃. i. desiderium habens dissolui ⁊ esse cuz cristo (qui cepit ipe me ꝯterat ⁊c̃). i. deus qui dedit mihi desideriũ martirij ipe pficiat (⁊ non ꝯtradicã ꝑmonibus sancti). sed magis benedicam deũ celi (que est enim fortitudo ⁊c̃) q. d. tolerancia martirij nõ puenit ex homis v̄tute sed ex dono dei (aut quis finis meus ⁊c̃). q. d. non est pspitas huius vite sed future qd̃ sustinebat Job contra amicos suos vitam aliam non credentes sed qm̃ martires de cõi cursu senciebant dolores vnde dicebat eleazar⁹ ij. Machabeoꝝ vi. Tu scis domine cum a morte possez liberari graues corpis sustineo dolores scd̃z animã aũt ꝓpter timorem tuũ libẽter hec pacior ideo sequit̃ (nec fortitudo lapiduz) qui sunt insensibiles. (fortitudo mea). ⁊ qm̃ ꝓpinqui martirum aliquãdo martirizabant eos sicut patet de patre sancti cristiniani ⁊ de patre sancte cristine iõ seq̃t̃. (ecce non est auxilium mihi in me) id est i mea ꝯgnatione (necessarij quoq̃ mei). i. amici mei Sed ecõtra molles ⁊ effemiati penas vite pñtis fugiẽtes incurrũt penas inferni que sunt multo maiores ido subdit̃ (qui timent pruinã irruet sup eos nix tpe quo fuerit dissipati). i. discrasiati (⁊ incaluerit). i. ifirmitas inualuerit (soluentur de loco suo) per sepatiõem anime a corpore (Inuolute sunt semite gressuũ eorum) quia sicut inuolut⁹ reti quando vult surgere iterum cadit sic isti ruunt de peccato in peccatum (ambulabunt in vacuum) quia non attingent ad brauium sed ad contrarium ideo sequit̃ (pibunt) (Considerate semitas theman) hoc dicit̃ cõtra amicos. Job qui felicitatẽ hominis ponebãt in psperis huius vite per quos significãtur carnales cõtra quos dicitur hic (considerate ⁊c̃) ac si dicatur si sentencia talium pensetur nulla aut puula felicitas est que ab eis expectatur. (confusi sunt) vitam pecudum eligentes (quia speraui) In bonis spiritualibus ⁊ eternis (venerunt quoq̃ vsq̃ ad me) ad consolandum ⁊ versi sunt ad desolandum (⁊ pudore coopti sunt) reputantes me percussuz ꝓpter magnitudinem flagitiorum meoꝝ (Et mõ videntes plagaz m. timetis) ne temporale subsidium querã a vobis qd̃ non est verum ideo subditur (nunquid dixi vobis ⁊c̃) sed si spirituale bonum possetis mihi conferre libenter acciperem iõ subditur (docete me ⁊c̃) quoniã mali nõ diligunt veritatez sed magis eius subuersionem ideo sequitur (quare detraxistis sermonibus veritatis ⁊c̃)

Capl̃z .vij

Milicia est vita hominis ⁊c̃) supra ij. capitulo Job tenuit typũ hominis d̃ peccato penitẽtis ita p̃t dici q̃ hic tenet figuram hois ꝯtinẽtis q̃ fortes passiões vel tẽtatiões patitur sed ab eis non supatur dicit igit̃ (milicia ẽ vita hominis super terram) cõtra passiões carnis ⁊ tẽtationes demonis (Et sicut dies mercenarij) qui non sunt quietis sed laboris (dies eius) scilicet hominis continentis (Sicut ceruus desiderat vmbraz) ad sui refrigerium sic continẽs refrigẽari desiderat ab estu tentationum (. Et sic mercenari⁹ p̃stolat̃ finem operis sui) Ut

git ex consideratione supplicij ⁊ emotio cordis ex consideratione premij.i.Re.ij. Exultauit cor meū in domino ꝛc.i. extra saltauit.vtrūq; tam̄ nobis innotescit per predicatores penam ⁊ gloriā nunciātes. ideo subdit̄(audiet auditionē in terrore) q̄tum ad primū(⁊ sonum de ore illius.) q̄tum ad secundū(sup omnes celos ipse considerat).i.contemplatiuos(⁊ sup terminos terre).i.actiuos quib⁹ premia preparat(post eum rugiet sonitus ꝛc.) quod fit quādo contemplatiuū descendere fac̄ ad predicandū (⁊ nō inuestigabitur ꝛc) .s.spiritus loquens in eo Jo.iij. Spiritus vbi vult spirat ⁊ nescis vnde veniat aut quo vadat(qui precipit niui vt descendat ꝛc)per niuem pluuiā ⁊ imbrē significatur predicatoꝝ doctrina que ꝑm varietatem ꝑsonaꝝ temporꝝ ⁊ negocioꝝ est variāda ⁊ ꝑm hoc sciunt homines dirigere facta sua(Ingredietur bestia latibulū)quia p̄dicatio reprimit diabolum.ꝫ quoniā circa finem mundi exibit de antro suo.Apo xx.ideo subditur(ab interioribus egredietur tempestas).i.diabolus cōmouēs tēpestates.(⁊ ab arcturo frigus).i.ab antichristo timor seruilis per quez multi obedient ei.ꝫ quia deceptis ab eo dabitur tēpus penitendi.sequit̄(flante dño ocrescit gelu)quia per instinctū spiritus sancti timor inicialis crescit in filialem(⁊ rursuz latissime funduntur aque.)quia tūc lacrime deuotionis ⁊ penitentie fluent abundanter(frumentū desiderat nubes.) per frumentū intelligitur cetus fideliū.Mat. iij.Congregabit triticū in orreum suum. qui cetus desiderat peccatores significatos per nubes.ysa.xl.Qui sunt isti qui vt nubes volant(⁊ nubes spargunt lumen suum).s.vite ⁊ doctrine ꝑz instinctū gracie diuine qui instinctus est nobis occult⁹ ideo sequit̄(nunquid scis ꝛc.nūquid nosti semitas ꝛc).i.virtutes predicatoꝝ.q.d.n̄ quia latent in mentibus eoꝝ(nōne vestimenta tua calida sunt ꝛc)austro terra ꝑflatur quādo mens hominis diuinitus inspiratur.⁊ tunc vestimēta calida sunt.qꝛ virtutes que sunt anime vestes ad bonos actus feruescunt(tu forsitan cū eo fabricatus es celos)hoc negatiue dicit̄.nam a solo deo ꝓcessit virtus apostoloruz qui significātur nomine celoꝝ.ps.xviij. Celi enarrāt glo.de.ꝛc(ostende nobis quid dicamus illi)s.deo q.d.tu non poteris ⁊ cā subditur cum dicitur(nos quippe inuoluimur tenebris)ignorantie multiplicis(sbito aer cogetur in nubes.)qd̄ fit spūaliter quādo de fluidis per peccata fiunt p̄dicatores sicut de Saulo legit̄ Actu.ix (⁊ ventus transiens fugabit eas.) id est spiritus sanctus transire eas facit ad regiones alias.Actu.xiij.Dixit spiritus sāctus segregate mihi barnabā ⁊ Sauluz ꝛc(ab aquilone auꝝ venit)nam a gentilitate prius frigida in fidelitate venit auꝝ sapientie.vt patet in Dyonisio ambrosio ⁊ similib⁹(⁊ a deo formidolosa laudatio) ꝓpt̄ ei excessum magnitudinis sue nescimus.nec possumus eum laudare digne. illa vero que fieri bene nesciunt̄ cū formidine aguntur sicut econuerso que fieri bene sciuntur sine formidine aguntur Vegetius lib.de re militari Nemo facere metuit que se bene didicisse confidit

Capitulū.xxxviij.

Respondens autem dñs Job de turbine ꝛc)de turbine loqui dicitur quia fragilitas hūana ex dei locutione pauescit ⁊ turbatur. Exo.xx. Non loquat̄ nobis dominus ne forte moriamur(accinge lumbos tuos sicut vir) Grego.Lumbos precingimus cū carnis luxuriam per continenciā coartam⁹ Igitur theologi quibus deus pre ceteris loquitur in scripturis sacris debent pre ceteris eē p̄cincti cingulo castitatis(vbi eras quando ponebam fundamenta terre) ꝑ hanc terrā significatur ecclesia de qua dicitur Cantico.ij.Vox turturis audita ē in terra nostra.huius terre fundamenta sunt apostoli post christum Apocali.xxi. Habens fundamenta duodeciz ⁊ in ip̄is xij.apostoloꝝ.(Quis posuit mensuras eius)que sunt articuli fidei ex quibus debent cetera credibilia mensurari (Quis tetendit super eam lineam)de⁹ qui eam disposuit per suam prudentiā (super quo bases illius fundate sunt)iste bases sunt doctores hereticis resistentes fundati su-

per doctrinā christi (quis dimisit lapidez
angularem eius) deus pater mittens fili
um suum tanq̄ lapidem angularē. Jude
os ⁊ gentiles in vna ecclesia coniūgentē.
(cū me laudarent astra matutina ꝛc.) id
est angeli sancti cantantes in natiuitate
christi Gloria in excelsis deo. Luce. ij (q̄s
cōclusit hostijs mare) mare significat p̄
sens seculū cui⁹ hostia sunt natiuitas ho
minis ⁊ eius mors per quas ingreditur ⁊
egreditur mundū. (cū ponerez nubē vesti
mentū eius ꝛc) nube vestitur (⁊ caligine)
Nam inuoluitur obscuritate multiplicis
ignorantie (⁊ posuit vectem) i. timorē ser
uilez (hic confriges tumentes fluctus tu
os) confractio fluctuū est mutua conten
tio superborū (Nunquid post ortum tuuz
precepisti diluculo ꝛc) Subintelligit̄ sicut
ego precepi. ⁊ similiter in sequentibus. di
luculum aūt est diei principiuz. ꝓpter qd̄
primi credentes christo significantur per
ip̄m. ergo christus post ortuz suum dilu
culo precepit quādo discipulos ad p̄dicā
dum misit (⁊ aurore locum suum ostēdit
) quando matrē suam super angelos col
locauit (⁊ extrema terre concussit) quan
do principes orbis fidei subiugauit. (Et
impios excussit) quādo per romanos po
puluz Judaicū captiuauit (auferet̄ ab im
pijs lux sua) nam a iudeis ablata est cog
nitio legis vera (⁊ brachium excelsuz cō
fringetur.) quia templum in quo confite
bantur iudei fuit destructum. (Nunquid
ingressus es ꝓfunduz maris) per maris
ꝓfundum intelligi potest cor impiū ysa.
lxvij. Impij quasi mare feruens Ergo de
us ingreditur maris ꝓfundum quando
ad se trahit cor prauū. (Nunquid aperte
sunt tibi porte mortis) sicut apte sunt mi
hi ad inferos descendenti. ⁊ subintelligit̄
nō. ⁊ similiter in similibus premissis ⁊ se
quentibus (nunquid latitudinē terre cō
siderasti) sicut ego qui per latitudinē t̄re
gentes ad fidē vocaui (indica mihi si no
sti ꝛc) q. d. tu nescis s̄z ego scio i quo habi
tat lux gracie ⁊ tenebra culpe. ꝑ quas iu
sti ducuntur ad gloriam ⁊ reprobi ad pe
nam (Scibas tunc ꝙ nasciturus eēs. ꝛc

) christus autem in q̄ntum dēus p̄sciuit se
tēporaliter nasciturū ⁊ huius vite ordinē
⁊ modū (Nūquid ingressus es thesauros
niuis ꝛc) Hos eni deus ingreditur. cū ho
mines prius frigidi per ip̄m feruidi effici
untur. ⁊ sic ad bellum contra demones
preparantur ⁊ sic in eis apparet (per quā
viam spargitur lux.) diuine claritatis (⁊
diuiditur estus) feruide caritatis (quis de
dit vehementissimo imbri cursuz ꝛc) xp̄s
qui doctrinam apostolorū miraculis cō
firmando fecit efficaciter currere per mū
dum (vt plueret super terram absq̄ hoie
) id est super gentilitatez in qua pauci aut
nulli erant racionabiliter viuentes vtpo
te simulacris seruiētes (vt ꝓduceret her
bas virentes) id est sanctas operationes
(quis est pluuie pater ꝛc) deus q̄ dat plu
uiā sane doctrine et virorē consolationis
eterne (de cuius vtero egressa est glacies
ꝛc) ipsius dei qui dat timorē filialē fluxuz
ꝯcupiscētie restrigēdi. (Nūq̄d ꝯiūgē vale
bis micātes stellas ꝛc) i. prēs noui testam̄
ti ac veteris quos solus deus cōiunxit in
fide mediatoris (aut girum arcturi) i. ce
tum apostolicum quē deus quodāmodo
dissipauit quando per orbem eos ad pre
dicandum dispersit (Nunquid produces
luciferuz in tempore suo ꝛc) dicunt aliqui
astrologi ꝙ lucifer ⁊ hesperus sunt eadē
stella sic nominata eo ꝙ aliq̄n apparet in
mane aliquando in vespere et significat
dei filiū q̄ mane in suo aduētu p̄mo appa
ruit et in secundo tanquam ad vesperum
apparebit (nunquid nosti ordinem celi ꝛc
) hunc ordinem deus nouit et rationem
eius in terra posuit quando militantez ec
clesiam ad similitudinez triumphantis in
stituit propter qd̄ eius filia nominatur (
Nunquid leuabis in nebula vocem tuā
ꝛc.) Hoc autem dominus fecit cum cali
ginem ignorantie ab apostolis amouit.
(Et tunc impetus aquarum) id est spiri
tus sancti donorum in suo corpore misti
co ip̄m operuit. (Nunquid mittes fulgu
ra ꝛc.) Deus autem fulgura misit quan
do discipulis auctoritatem predicandi ⁊
demones expellendi concessit ⁊ reuersi

ad eum cum gaudio dixerunt demones in nomine tuo sbijciuntur nobis. Lu. x. (quis posuit in visceribꝰ hominis sapientiam ꝛc̄) per hominē ⁊ gallum. p̄dicator doctus potest intelligi cui deus sapientiā ⁊ noticiā temporū predicandi dedit. (q̄s enarrabit celoꝝ rationem.) Christus d. Jo. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. s̄m meritoꝝ distinctionez (⁊ cōcentū celi quis dormire faciet) ip̄e deꝰ quando quietem celoꝝ motibꝰ imponet ⁊ quoniā hoc erit tempore resurrectionis Sequit̄ (quando fundabatur puluis in terrā ꝛc̄.) tunc eni de terre puluere reformabunt̄ corpora humana (Nunquid capies leene predaz ꝛc̄) sicut christus leo dicitur sic ⁊ ecclesia leena cui christus predam cepit quādo infernū spoliauit. huiꝰ autē leene catuli sunt apostoli qui in conuersione multitudinis gentiū fuerunt impleti ꝫ quia tunc frequēter in carceribus recludebantur. Subditur (quādo cubāt in antris ⁊ in specubus insidiātur). s. idolatrie. tunc eniz meditabant̄ de eius subuersione (quis preparat coruo escam.) id est ꝑ coruo qui dimittit pullos suos sine pastu quousqz sint nigri. ꝫ deus interim pascit illos. per coruum qui est auis immunda significātur homines peruersi q̄ nolunt benefacere iustis ꝫ a deo pascunt̄ eo ꝙ a malis hominibꝰ vacui dimittunt̄

Capitulum. xxxix.

Nunquid nosti tempus partꝰ ybicum ꝛc̄) per ybices ⁊ ceruas quarum conceptus sunt hominibus occulti significantur humiles nonduz tñ perfecti qui bonos conceptus ⁊ actus suos student abscondere timentes ex hoc inaniter gloriari (Quis dimisit onagruz liberum ꝛc̄) per Onagrū significatur contemplatiuus a seruitute carnis liber effectꝰ (cui d̄di in solitudine domuz) i. extra multitudinis tumultuz vt vacare valeat circa vnum (in terra salsuginis) i. exusta ardore solis. nam anachorite in locis talibus habitabant. vt patet in collatiōibꝰ patrū (vocem exactoris non audit) quia dyabolo nō obedit qui dicit̄ exactor Lu. xij. Et iudex tradat te exactori ꝛc̄. (circūspicit montes pascue) meditando loca viriditatis eterne (Nunq̄d volet rinoceros seruire tibi) subintelligitur sicut mihi rinoceros habens in fronte vnū cornu significat monarchiaz imperij romani que seruire voluit deo tempore Constātini ⁊ morari ad eius presepe per sumptionez eucaristie (⁊ allegari) iugo christi (⁊ confregit glebas). i. idoloruz statuas ⁊ eius fortitudine predicatores ecclesie defensati fructum magnū fecerūt in ecclesia dei. (Penna strutionis) strutio que pennas habet ad currendū velocius per terram ꝫ non ad volandum. ipocritaz significat qui habet alas aut apparentiam sanctitatis ⁊ deuotionis quibꝰ festinat ad q̄stuz terrenoꝝ ꝫ non eleuatur ad amorem supernorum (dereliquit in terra oua sua) ꝑ hoc q̄d negligit oua fouere ⁊ pullos nutrire. significatur ꝙ ipocrita vult esse singularis apparentie. vt possit dicere illud Luce. xviij. Non sum sicut ceteri homi. (cum tempus fuerit in altū alas erigit) qꝛ cum videt tempus aptū ad potentes huius mundi decipiendū sanctitatem ⁊ deuotionem pretendit. ⁊ sic eos decipiens illudit (Nunquid prebebis equo fortitudinem) subintelligitur sicut ego. ꝑ equū cꝰ fortitudo describitur hic ⁊ audacia significatur quicūqz desiderās ex feruore fidei martirij supplicia cuius fortitudo nō est ab homine ꝫ a deo. (gloria narium eius terror) nam ex respiratione celestiū mortem appetit que est vltimū terribiliū (terram vngula fodit.) nam omnia terrena contemnit (in occursuz pergit armatis.) i. carnificibus ad eius iugulatōez parat. (contemnit pauorem) i. tormentoꝝ horrorē (vbi audierit bucinā) pro christo exhortantē (dicit vah) q̄d significat exultationem sicut ysa. xliiij. vah calefactus sū vidi focum (Nunquid per sapientiā tuaz plumescit accipiter ꝛc̄) accipiter cuiꝰ pluma renouatur. per hoc ꝙ expandit alas suas ad austrū significat penitentē cuius conuersatio renouat̄. per hoc q̄d expandit intellectū suum ⁊ affectuz fideliter ad amorem diuinū (aut ad preceptuz tuum eleuabitur aquila ꝛc̄) ad dei preceptū aq̄la subleuatur quando vir ingeniosus ad dei contemplationē subleuatur (⁊ in ar/

duis ponit nidum suum) quando in eius amore firmatur (in petris manet) id ē cū angelis per studiū contemplationis q̄ dicuntur petre racione sue confirmationis (⁊ silices prerupti) ꝓpter eos qui ceciderunt de medio eorū (inde cōtemplat̄ escaz) desiderans claram dei visionem. (pulli eius lambunt sanguinem.) pulli dicuntur discipuli adhuc tamē imperfecti. ꝓpter quod adhuc vacāt circa christi humanitatem meditantes eius passionē (⁊ vbicunqꝫ cadauer fuerit statim adest) qꝛ de altitudine ꝯtemplationis paratus est descendere ad leuandum peccatorem de putredine corruptionis. sicut pꝫ de Paulo qui post raptum ad terciū celū descendit ad subsidiū peccatoꝝ (Respondēs autem Job ꝛc̄) Job licet vera dixerit vt patꝫ in fine libri per testimoniū domini. tamen confitetur hic se locutū fuisse leuiter. ⁊ infra vltio capitulo insipiēter. quia vix aut nunquā loquitur homo de diuinis quin deficiat aliquo modo in sentencia vel verbis. ⁊ sic fuit de ip̄o Job. ꝓpter quod hic reprehēditur ⁊ in p̄ncipio capl̄i sequētis.

Capitulum. xl.

Respondens autez dominus ꝛc̄.) Licet autē beatus Job vera dixerit vt dictū est tamen in modo loquendi defecit per quē poterat estimari ⁊ estimatū fuit ab Heliu ꝙ nimis se iustificabat ⁊ diuine iusticie derogabat. ꝓpter qd̄ increpādo dicitur ei. (nunquid irritū facies iudiciū meū ⁊ cōdemnabis me vt iustificeris) qd̄ ꝯsequenter inconueniens ostenditur per excellentiā potentie diuine ad quaz nullus potest attingere per hoc ergo docens loqui timide ⁊ sobrie. cum loquimur de conditionib⁹ diuine nature (Ecce vehemoth) s̄m doctores nostros deus hic de dyabolo loquit̄ sub elephātis metaphora qui vehemoth nominat̄. (quē feci tecuz). i. similē tibi per intellc̄m (fenum quasi bos comedet.) per fenum vita carnalis intelligitur ysa. xl. Omnis caro fenum ⁊ omnis gloria ei⁹ quasi flos feni ergo vehemot fenum comedit quia carnales homines incorporando sibi cōsumit (Fortitudo eius in lumbis eius ꝛc̄.) luxuria viget in lumbis virorū ⁊ in vmbilico feminarum. ergo quia per vicium luxurie vtriusqꝫ sexus multi dyabolo sb̄ ꝯiciunt̄ virtus eius ⁊ fortitudo i lumbis ⁊ in vmbilico denunciat̄ (stringit caudā suam sicut cedrū.) quia fortiter tenet q̄s capit per luxurie vicium (ossa eius velut fistula eris) per duriciam eris ⁊ ferri significatur obstinatio dyaboli in qua desiderat sibi peccatores assimilari. (Ip̄e est principium viarū dei). i. creaturaꝝ. Naz angelica natura est inter creaturas dignitate prima ꝓpter quod ex eius casu nobis timor incutit̄ ne cadam⁹ (q̄ fecit eū applicabit gladiū eius) nihil enī pōt agere) nisi ex diuina ꝑmissione (huic mōtes herbas ferunt) nam superbi ip̄m pascūt (omnes bestie agri ludunt ei) quia bestialiter viuentes leticiam faciunt illi. (sub vmbra dormit in secreto calami ꝛc̄) Per hoc significatur ꝙ in ociosis ⁊ delicate viuentibus quiescit ⁊ delectātur (Absorbit flumen ⁊ non mirabitur ꝛc̄) ꝑ flumen ⁊ Jordanē significant̄ instabiles ꝑsone quas estimat de facili per peccatū absorbere (in oculis suis quasi hamo capiet eū) multos enī capit per aspectū impudicū mat. v. Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam iam mechatus est eā in corde suo (In sudibus perforabit nares eius) Per sudes intelligi possunt subtiles tentationes ꝑ q̄s aliqñ capiunt̄ sapientes q̄ per nares signant̄ eo ꝙ ꝑ nasuz discretio significatur (An extrahere poteris leuiathan hamo) Et subintelligitur sicut ego Loquitur autem hic dominus de diabolo sub similitudine ceti qui leuiathan nominatur. hunc autez dominus extrahit quando de cordibus peccatorum hamo sancte p̄dicationis educit ⁊ circulū in naribus eius ponit ⁊ maxillam eius perforat quando ip̄m a tentationibus fideliū reprimit ⁊ refrenat. (Nunquid multiplicabit ad te preces) Subintelligitur sicut ad me. Ad deum enim preces multiplicauit cum ab eo persequendi Job licentiam impetrauit. supra cap. p̄mo (nūquid feriet tecū pactū) subintelligit̄ sicut mecū cū dn̄o nāqꝫ dyabol⁹ pactū ferit iq̄ꝫ sn̄ ꝑ

missione eius nihil facit ⁊ etiã seruus ei⁹
sempiternus inq̃ꝫtuꝫ est executor iusticie
eius (nũquid illudes ei quasi aui) sic̃ ego
christus ei eũ in cruce delusit qꝛ volentez
se capere. cepit. (aut ligabis eum ancillis
tuis) sicut ego qui ligaui euꝫ ancillis me
is. virtutẽ eius subijciendo ꝟginibus sa/
cris. vt sancte Margarete ⁊ plurib⁹ alijs
(⁊ cedent eũ amici) isti sunt apostoli qui
bus dicit dñs Jo. xv. Jam nõ dicaꝫ vos
seruos ꝫ amicos ꝛc̃. Ipsi vero dyabolum
considerãt qꝛ plura membra eius ab eo
separauerunt. ⁊ idẽ significat̃ per hoc qđ
subdit̃ (diuident eum negociatores.) nã
apostoli sunt negociatores euãgelici (nũ/
quid implebis sagenas pelle ei⁹) sicut ego
gurgustiũ ⁊ sagena sunt piscantiũ instru
menta. ꝓpter qđ sicut ecclesia sagena di/
citur. Math. xiij. Simile est regnũ celoꝝ
sagene misse in mare. ꝛc̃. Sic dici potest
gurgustiũ. Per pellẽ que coloribus ⁊ fri
goribus exponit̃. miores plebis. ꝑ caput
maiores significant̃. ergo pelle demonis
dñs sagenas ipleuit qñ multitudinẽ infi
deliũ ad fidem vocauit ⁊ eius capite gur
gustium quãdo cepit ad fidem constanti
um. ꝫ qm̃ hec ñ humana ꝟtute ꝫ diuina
facta sunt sequit̃ (pone manũ tuã suꝑ eũ
) q. d. ad hoc virtus tua non extenditur (
memẽto belli) quo diabolũ a principio de
celo deieci (⁊ ne vltra addas loqui) de po
tentia dei ⁊ eius iudicijs insipienter. sicut
Job fecerat vt predictũ est (Ecce spes ei⁹
ꝛc̃) licet autẽ diabolus non habeat spem
reuertendi ad patriã. tñ sperat triumpha
re de sanctis. ⁊ quia superabitur ab ele/
ctis. ideo dicitur (ecce spes eius frustrabi
tur eum) quãdo videbit se delusum (⁊ vi/
dentibus cunctis precipitabit̃) quãdo ꝑ/
acto iudicio finali inferni foueaꝫ retrude
tur.

Capitulum. xli.

NOn quasi crudelis suscitabo eũ)
qm̃ posset aliquis imputare deo
ad crudelitatẽ qđ cõcessit demo
ni tantã potestatẽ. ideo remouet hoc d. (
quasi crudelis ꝛc̃) ⁊ subdit̃ ratio (quis ei
potest resistere vultui tuo) q. d. illa ptãte
non vtitur nisi quãtũ ꝑmitto (quis autez
dedit mihi ꝛc̃) q. d. nulli teneor. ꝓpter qđ
in dicta permissione duriciã nõ ago. (q̃s
reuelabit faciem indumenti eius). i. frau
dulentiã ipsius. q. d. ego in fine tentatio/
nis sue dicendo. vade sathana. Math. iiij
(⁊ in medium oris eius q̃s intrauit) ipse
christus qui superiorẽ inferni partẽ ingre
diens ip̃am spoliauit (per girum dentiuꝫ
eius terror) principalis demonis dentes
sunt eius satellites ad deuorationẽ peccã
tium sibi deseruientes. (corpus illius q̃si
scuta fusilia ꝛc̃) corpus diaboli sunt om̃s
iniqui quoꝝ hic obstinatio designatur cũ
corpus eius cõpactũ squamis sese p̃men
tibus dicitur (vna alteri adherebit ꝛc̃) nã
ad faciendum malum fortiter colligant̃
(Sternutatio eius splendor ignis) ꝑ ster
nutationẽ demonis intelligitur tentatio
fortis excitans ignem concupiscẽtie mul
tiplicis. (oculi eius ⁊ palpebre diluculi.)
per oculos eius designantur reuelatio/
nes false quas tanquã vas recipiunt ꝓ/
phete dyaboli ⁊ hoc significatur per pal
pebras diluculi (de ore eius lampades ꝓ
cedunt ꝛc̃) os demonis sunt falsi prophe
te per quos loquitur doctrinam pestife/
ram accẽdentẽ ignem concupiscentie. ⁊
disponentem ad ignem gehenne (in collo
eius morabitur fortitudo ꝛc̃) per collum
quod coniungit membra capiti significã
tur principes peruersi qui per potentiam
suam cogunt inferiores seruire per idola
triaꝫ demoni. sicut fecit Anthiochus no
bilis ⁊ similes ei (⁊ faciem illius precedit
egestas) nam prius mentem hominis ꝟ/
tutibus euacuat quaꝫ ipse plene posside/
at (membra carniuꝫ eius coherentia sibi
) nam reprobi qui sunt eius membra ad
male agendum sunt ad inuicem colliga/
ti (mittet contra euꝫ flumina) id est infer
ni tormenta (⁊ ad locuꝫ alium nõ ferent̃
) quia sole palee ibi comburentur (cor ei⁹
indurabitur quasi lapis) quia non emolli
tur sed magis in tormentis. (cum subla/
tus fuerit.) peracto iudicio ⁊ retrusus in
inferno (timebunt angeli sancti) tam̃ iste
timor erit tm̃ admiratiõis diuine iusticie
i dyabolo ⁊ eius membris. (⁊ territi pur
gabuntur) nõ ab immundicia ꝫ a nesci
entia nam tunc experimentaliter aliqua
cognoscent que prius hoc modo nõ cog/
noscebant (Cum apprehenderit eum ꝛc̃)

hic agitur de impugnatione demonis ab
homine quā contemnit q̄ꝫuis sit armatꝰ
gladio torace hasta. arcu. funda ⁊ malleo
vt ꝯsequenter ponitur in textu ⁊ satis pa
tet ⁊ per hoc ostenditur ꝙ nulla re corpo
rali leditur vl' terretur nisi inq̄ꝫtum est in
strumentū iusticie diuine. sic eniꝫ ab igne
patitur corporali. Per hoc autē moralit̄
significatur ꝙ peccator obstinatus est. q.
quidā dyabolus quando nullo timore a
peccatoꝝ actibus refrenatur. ponuntur
autem hic quinqꝫ genera armoruꝫ ad in
uadendum. s. gladius hasta. arcus vel sa
gitta. funda ⁊ malleus inter que tria feri
unt de ꝓpe. s. gladius. hasta. ⁊ malleus.
Per gladium qui scindit potest itelligi ex
cōmunicatio per quā abscinditur pecca/
tor a fidelium cōmunione ꝓpter qd̄ vo/
catur gladius ecclesie. Per hastam que
perforat ⁊ impellit intelligi potest reclusio
in carcere. Per malleum qui cassat ⁊ cō
fringit alie corporales pene vt ꝟberatio.
questio. natio ⁊ huiusmōi. Alia vero duo
armorum genera scilicet arcus ⁊ funda
percutiunt alonge. ꝓpter quod per ip̄a si
gnificari possunt terror finalis iudicij. et
horror infernalis supplicij. peccator aūt
obstinatus istorum timore non refrena/
tur ab actu culpe. Prouerbio. xviij. Im/
piꝰ cum in ꝓfundum peccatorum vene
rit contemnit (sub ip̄o erunt radij solis)
Contemnit enim sacras scripturas a pec
cato reuocantes que sunt quedam veri
solis irradiationes (sternet sibi aurū q̄si
lutum) quia contemnit sanctorum exem
pla qui sunt aurum examinatū (feruesce
re faciet quasi ollam ꝓfundum maris)
per quod intelligitur cor impij profunda/
tuꝫ vicijs qd̄ impius quātum potest exci
tat ad priora. ysaie. lvij. Impij quasi ma/
re feruēs qd̄ quiescere non potest. (post
eum lucebit semita) id est post ip̄m nota/
biliter apparebūt malorum suorum vesti
gia. (estimabit abissum quasi senescentē.
) nam facto videtur contemnere abissum
diuine sapientie tanquaꝫ suas nequicias
ignorantem ⁊ ad puniendum impotentē
⁊ quoniam hec malicia procedit a demo
ne. ꝓpter hoc de ip̄o concluditur in fine.
(non est super terram potestas.) id est in
rebus corporalibus (que ei comparetur
) vt patet ex supradictis in hoc capitulo.
⁊ hanc potestatē ad malum applicat q̄n
tum potest (qui factus est vt nullū time/
ret) non est autē factus talis a deo sed ex
defectu ꝓprio (omne sublime videt) ad cō
sequendum si posset (ip̄e est rex super om
nes filios superbie) Nam superbi sunt de
familia eius ⁊ sub ipsius potestate.

Capitulum xlij.

Respondens autē Job domino ꝛc̄
) Responsione prima confitetur
diuinam eminentiā dicēs (Scio
quia omnia potes ꝛc̄.) Scd̄o suam stulti
ciam dicēs (ideo insipienter locutus sum
ꝛc̄) Sicut ergo Job tenet hic typum pec
catoris penitētis qui iuxta magnitudinē
dei pensare debet quantitatem sui delicti
nam tanta est offensa quātus ille qui offē
ditur. ⁊ quia talis suam cognoscit insipiē
tiam a deo postulare debet sapientiam.
Jaco. i. Siquis vestrū indiget sapientia.
postulet eam a deo. Sequit̄ (Audi ⁊ ego
loquar ꝛc̄) scilꝫ humiliter petendo doceri
a deo. diuina namqꝫ rn̄sio postulantis ē
instructio. ⁊ quia deus dat omnibus af/
fluenter vt ibidē subdit btūs Jaco. Ideo
sequitur (Auditu auris audiui te ꝛc̄) id ē
nunc post tuam instructionē habeo de te
perfectiorem cognitionē. ⁊ per ꝯsequens
clarius video meā defectionē. propter qd̄
subditur. (ideirco me reprehendo) ore (⁊
ago penitentiā) corde (i fauilla ⁊ cinere)
pro satisfactione (Postq̄ꝫ autem ꝛc̄) Seq̄
tur (Dixit ad eliphat ꝛc̄.) per hoc autē ꝙ
dominus tres amicos Job de peccato re
darguit ⁊ remedium ostendit dicēs (Su
mite ergo vobis septē thauros) significat̄
ꝙ confessor qui tenet in hoc locum dei de
bet peccatoribus suoꝝ veraciter ostende
re grauitatem peccatoꝝ ⁊ eis dare salu
bre remedium. ⁊ sicut amici Job statim
obedierunt domino. sicut subdit̄. (Abie
runt ergo eliphat themanites ꝛc̄.) sic pec
catores obedire debent confessori suo (et
addidit dominꝰ omnia que fuerant Job
duplicia) ꝑ h̄ ꝙ dn̄s pꝰ flagellatōꝫ iob eꝰ
bō duplicauit significat̄ ꝙ ꝓpt̄ paciētiā
i aduersꝫ sp augēt̄ bō spūalia ⁊ alīn ec̄ tpa
lia ip̄is passis (venerūt āt ad cū ꝛc̄) ꝑ h̄ ꝙ

amici Job panē in domo sua comederūt
⁊ ipsi sibi munera obtulerūt significatur
ꝙ veri amici cōicare debent adinuicē bo
na spiritualia ⁊ etiā temporalia cū fuerit
oportunū (dn̄s aūt benedixit nouissimis
Job ꝛc̄) per hoc significatur ꝙ vita iusti
in fine melioratur (Et fuerūt ei septē filij
) per quos intelligi possūt mistice vij. do/
na spiritus sancti quia supradictuz est ꝙ
Job in aliquibus tenet typum christi (et
tres filie) per quas intelligi possunt tres
virtutes theologice. ideo subditur (⁊ vo/
cauit nomen vnius diē) per quā significa
tur fides que pertinet ad cognitionez (et
nomen scd̄e casiam.) que est species aro/
matica propter quod significat spem per
quā sperantur celestia. ⁊ iste due v̄tutes
nō fuerunt in christo sunt tamē in mem/
bris eius (⁊ nomen tercij cornu stibij). i.
vas vnguenti quo mulieres pingunt faci
es suas ad decorādū per qd̄ significat̄ ꝙ
ista filia Job erat pulcrior ceteris mulieri
bus q̄ꝫ tūcunqꝫ possent decorare per artē
superadditā nature. ꝓpt̄ qd̄ h̄ filia Job si
nificat caritatem alijs virtutibus precel
lentem (Vixit autē Job post flagella hec
c. xl. ānis) qd̄ tempus videtur multoma
ius q̄ꝫ illud qd̄ precesserat de vita iob qꝛ
p̄m doctores Job fuit ꝯtemporaneus mo
ysi qui tamen vixit tm̄. c. xx. annis. ⁊ Jo/
sue successor eius. c. ⁊. x. ⁊ per hoc signifi
catur longitudo prosperitatis vite future
post breuitatem presentis miserie ad quā
longitudinē nos perducat ꝛc̄.

Explicit Job

Incipit liber Psalmoꝝ.

Beatus vir ꝛc̄) sicut dixi ple/
nius in expositione litterali
Psalmus iste prologus est
huius libri fact⁹ ab eo qui
psalmos a diuersis cōposi/
tos in hoc volumine congregauit qui fu
isse creditur Esdras scriba qui etiā repa
rauit legē. In hoc autem psal. inducit ad
studium sacre scripture quod quidem
studium discipulo conuenit vt addiscat.
magistro vt doceat. Christus autem hu
ius scripture principalis ē magister. Ma/
thei xxiiij Vnus est magister noster chri
stus. ⁊ sic de ipso pōt expōi allegorice p̄s
iste (Fuit eni christus ab instanti concep
tionis vir perfectus in virtutibus ⁊ scien
tijs. Fuit etiam beatus beatitudine clare
visionis ⁊ perfecte fruitionis. propter
quod de ipso bene dicitur. (beatus vir
) similiter peccatum non fecit nec inuen/
tus est dolus in ore eius. i. Pe. ij. ideo be
ne subditur (qui non abijt in consilio im
piorum) quantum ad malum consensuz.
(⁊ in via peccatorum non stetit) quantū
ad malum actum (⁊ in cathedra pestilen
tie non sedit) quia malam doctrinaz pha
riseorum non approbauit sed reprobauit
dicens Mar. vij. Irritum fecistis manda
tum dei propter traditionem vestram (ꝫ
in lege domini voluntas eius ꝛc̄) non ad
dicendū cum eam perfecte sciuerit ab in/
stanti conceptionis vt dictum est sed ad
operandum ⁊ docenduz Actu. p̄mo. Ce
pit ihesus facere ⁊ docere. (⁊ erit tanq̄m
lignum quod plantatum est secus decur
sus aquarum) nam in christo fuerūt om
nium fluenta graciaꝝ Jo. p̄mo Vidim⁹
eum quasi vnigenitum a patre plenū gra
tie ⁊ veritatis (qd̄ fructum suum dabit in
tempore suo.) nam tempore presenti dat
fructum gratie ⁊ fructuz glorie tribuet in
futuro (⁊ folium eius non defluet) in scri
ptura. per folia significantur aliquando
verba que in christo non fuerunt defluē/
tia ꝫ stabilia. Mathei Quinto. Celum ⁊
terra trāsibunt verba autem mea nō trās
ibunt. (Non sic impij.) Hic excluduntur
obstinati iudei a stabilitate tali. ideo sub
ditur (sed tanquam puluis quez proijcit
ventus ꝛc̄.) quia per Romanos fuerunt

partim occisi q partim captiui per orbez
dispersi(ideo nō resurgunt impij in iudi/
cio).s.ad suam liberationē ꝫ ad maiorez
damnationē.(quoniā nouit dominꝰ viā
iustorū)per approbationē(q iter impioꝝ
peribit)qz vadit ad eternā damnationez

Quare fremuerunt gentes ꝛc(si/
cut dictū fuit in expositione litte
rali q̄ p̄s.iste ꝑm sensum littera
lem intelligitur de regno christi. Potest
autē exponi mistice de corpore suo misti/
co qđ est ecclesia contra quā multipliciē
fremuerūt iudei q gentes post resurrecti/
onem q ascensionē christi ad celos vt pa
tet in actibꝰ apostoloꝝ.q legendis seōꝝ.
sic ergo exclamat ecclesia(Quare fremu
erunt gentes q populi meditati sunt ina/
nia)querebant eni persequēdo fideles ec
clesiā destruere ꝫ frustrati fuerūt intenti
one sua.qz per hoc magis fuerūt mltipli
cati fideles.nam videntes vnuz vel pau/
cos martires agonisare q circa eos fieri
miracula potestatis diuine in magna mlt
titudine cōuertebant nō solum in vna ci
uitate ꝫ in multis. Itē seuiente p̄secutiōe
in vna ciuitate vel regione aliqui discipu
li se transferebāt alibi q sic coꝝ p̄dicatio/
ne in plurib⁹ locis multitudo credentiū
augebatur(Astiterunt reges terre ꝛc)nā
herodes agrippa Jacobum decollauit q
Petrū incarcerauit.Actu.xij. Postea ve
ro Imperatores Romani multipliciē co
nati sunt ecclesiā christi destruere vt patz
per hist⁹rias q sanctoꝝ legendas.q quo
niam hec persecutio in patrē q filium re
dundabat. Subdit(aduersus dominuz
q aduersus christū eius) q quia multi fi/
deles hanc persecutionē contemnebant
q aliqui ex feruore fidei in ea gaudebant
sicut dicitur Act.iiij. Ibāt apostoli gau/
dentes a conspectu consilij qm̄ digni habi
ti sunt pro nomine ihesu cōtumeliam pa
ti.ideo dicit in p̄sona taliū(Dirūpamus
vincula eoꝝ ꝛc) q subdit causa (qui habi
tat in celis irridebit eos) nos transferēs
ad gloriā q eos deijciēs in gehennā(ego
aūt ostitutus suz rex ꝛc)hoc dicit in p̄so
na summi pōtificis qui caput est ecclesie
in terris q constitutus rex in spiritualibꝰ
(super syon montē sanctū eius).i. ecclesiā
am de quo mōte dicitur ysa.ij. Erit in no
uissimis diebus preparatus mons domi
ni ꝛc. Sequitur q fluent ad eum omnes
gentes(p̄dicans preceptū eius) nam ad
summū pontificē pertinet fidem p̄r se et
per alios predicare(dominꝰ dixit ad me
filius meus es tu)per adoptionē qđ obue
nit cuilibet christiano Jo.i. Dedit eis po
testatē filios dei fieri his qui credūt in no
mine eius(ego hodie genui te) .i.tempe
noui testamenti qđ dicitur dies Rō.viij.
Nox precessit dies autez appropinquauit
ꝛc(Postula a me q dabo tibi gentes ꝛc.)
per petitionē eni ecclesie conuersa est mul
titudo gentium orbis terre(reges eos in
virga ferrea)i.infleribili iusticia. nam ec
clesie sentencia pro nlla re debet a rectitu
dine declinare(Et nunc reges intelligite
)per quos possunt intelligi principes q p̄
lati quia iudicāt terraz principes in tem
poralibus q prelati in spiritualibꝰ qđ nō
potest conuenienter fieri nisi fuerint eru
diti de lege domini q̄ztum spectat ad offi
cia sibi cōmissa.(seruite domino in timo
re)ne cadatis .quia quāto statꝰ altioꝝ tā
to casus grauioꝝ(q exultate ei)per deuo
tionē in officijs diuinis (cuz tremore)re
uerentie filialis(Apprehendite disciplinā
)io est christi humilitatem.Matħ.xi.Dis
cite a me quia mitis sum q humilis coꝝ
de(nequando irascatur dominus)qui su
perbis resistit(q pereatis de via iusta)de
clinantes ad viam iniquitatis tortuosuz
q quoniam contra tales irasci tur. Sequ
tur(Cum exarserit in breui ira eius(id ē
punitio que aliqñ venit repēte q ex impro
viso.ideo subditur(beati omnes qui spe
rant in eo) Isti sunt humiles q recti .non
de fastu mundi ꝫ de domino confidētes

Psalmus .iij.

Domine quid multiplicati sunt ꝛc
Licet iste psalmus exponi possz
mistice de persecutione ecclesie
ab aliquo tyranno apostata a fide.tñ ad
presens exponatur de episcopo cuius fi
gura fuit Dauid persecutionē Absalon
sustinendo.sic ergo in persona christi ho
minis dicat ad patrem. (Domine quid
multiplicati sunt qui tri.ꝛc)nam sacerdo
tes scribe q pharisei contra eum surrexe

erunt ⁊ ad hoc turbā populi ꝑsuaserunt Math.xxvij(Multi dicunt anime mee ñ est salus ipsi in deo eius.)sacerdotes eni ⁊ scribe Math.xxvij. dixerūt yronice de eo confidit in deo liberet eū nunc si vult. q.d.nō vult.⁊ ideo nō est illi salus in deo (tu aūt dñe susceptor meus es) ideo moriens dixit .Luce.xxiij.Pater in manus tuas ꝯmendo spiritū meū(Voce mea ad dñm clamaui ⁊ exaudiuit me ꝛc̄)Hebre. v.Qui in diebus carnis sue preces supplicationesq; ad eū qui posset illum saluuz facere a morte cū clamore valido ⁊ lacrimis offerens exauditus est pro sua reuerentia(ego dormiui ⁊ soporatus sum)ꝑ mortē in carne humana(⁊ resurrexi) potestate diuina(nō timebo milia populi.) tunc eni dixit data est mihi omnis ptās in celo ⁊ in terra(qm̄ tu ꝑcussisti omnes aduersantes mihi sine causa ꝛc̄.)p̄ncipes eni iudeoꝝ ⁊ ꝓplm percussit deus in vindictaz mortis christi ꝑ exerci ū romanorum.ꝫ qm̄ iminēte illa destructione .christiani qui erant in Judea monitu angeli transierunt in regnū Agrippe qui ꝯfederatus erat romanis ⁊ ibi fuerunt saluati vt in historia ecclesiastica dicit̄.ideo bene subdit̄(Dñi est salus ⁊ super populū tuū benedictio tua)

ps.iiij.

Cum inuocarē exaudiuit me deus iusti. ꝛc̄)psalmū istū ad lr̄am exposui de liberatione dauid qñ Saul cum exercitu cingebat dd̄ ⁊ viros eius in modū corone.i.R.xxiij.Moraliter aūt exponēdo per saulē qui interpretatur abutens demon significat̄ qui bonis naturalibus que in eo integra remanserūt ad malū abutit̄.Per dauid aūt qui manu fortis interpretat̄ quilibz vir fidelis ⁊ constās significat̄ quē dyabolꝰ cum suis satellitibus vt eum capiat in modū corone cingit.sicut dicit̄.ij.Pe.v.Aduersariꝰ vester dyabolus tanq̄ leo rugiēs circuit querēs quē deuoret.⁊ ideo ꝓ sua liberatione debet ad dominū clamare ⁊ cū per internā ꝯsolationē sentit se exauditū dēt gracias agere.d(cuz inuocarē)in orōe (exaudiuit me deus iusticie mee) .s.dator ⁊ cōseruator(in tribulatione dilatasti m̄)nam sicut auꝝ martelli ꝑcussione dilatat̄.sic virtus in tribulatione ꝑficit̄ ⁊ qꝛ vir iustus ab oratione nō debet cessare. subdit̄(miserere mei ꝛc̄) (Dyabolus aūt in ꝑsecutione iustoꝝ vtitur aliquādo malis hominibus qui sunt membra eius. iō cōtra eos dr̄(Filij hominū vsq;q̄ graui corde)supple estis referētes grauia bonis hominibus sine causa(vt quid diligitis vanitatē)iustos suꝑbe deprimendo(⁊ q̄ritis mendaciū)ip̄os mēdaciter diffamādo(scitote qꝛ dñs mirificauit sanctū suū.).s.christū qui ē sanctus sanctoꝝ Dani. ix.Jp̄m ad suā dexterā exaltando ⁊ inde (exaudiet me cum clamauero ad eum.) (Irascimini ⁊ nolite peccare).i. si motꝰ ire ꝑ viciū insurgat in vobis ꝯtra proximum nolite ad actū iniurie ꝓcedere ꝫ in cordibꝰ vestris reprimite. ꝫ quoniā non sufficit malū nō agere ꝫ cū hoc bonū requiritur facere ideo subdit̄(sacrificate sacrificium iusticie).i.facite iusticie opera que sunt sacrificia deo grata(⁊ sperate ī domino)de premio recipiendo. ꝫ qꝛ posset aliquis querere qd̄ est illud premiū.ꝓpter hoc in ꝑsona taliū dicit̄(multi dicūt q̄s ostendit nobis bona) ad hoc rñdet.d (signatū est suꝑ nos lumē vultus tui domine).s.lumē gracie baptismalis que est arra glorie iō sb̄dr̄(dedi.leti.ī corde meo)de tanto beneficio.ꝫ quia gracia baptismalis nō debet esse fructu vacua.subdit̄ (a frc̄u frumē.vini)i.ꝑ oblationē ⁊ ꝑceptionem eucaristie(⁊ olei)ꝑ opera misericordie(multiplicati sunt).s.in christo baptisati.si aūt sic ꝑseuerent vsq; ad mortē in domino requiescūt ideo subdit̄(In pace in id ip̄m dormiā ⁊ requiescā)

ps.v

Verba mea ꝛc̄)ꝑm Hebreos Dauid fecit hunc psalmū ad cantāduz per sacerdotes ⁊ leuitas domino pro cōseruatione regni Jsrl̄ in quo erant xij.tribuū hereditates. sic ergo allegorice iste p̄s est oratio ecclesie contra infideles terrā sanctā occupātes. Ponūtur autē in p̄ncipio tria.s. v̄bum cum dr̄ (verba mea ꝛc̄.)clamor cū dicit̄.(intellige clamorē meum)⁊ vox.cum dicit̄(intē de voci orationis ꝛc̄)v̄bum ꝓprie dictuz est in mente.vox in ore. clamor signū est voluntatis intense.per que significat̄ ꝙ

iste ps dici debet ab ecclesie ministris cū mentis attentione ꝙ debita ꝓnunciatione ꝙ magna deuotiõe(quoniã ad te orabo domine.) non ad idola sicut gentiles idolatre(mane exaudies vocem meam) .i.cito exaudias eam.Hebrei eni pro optatiuo vtuntur indicatiuo (mane astabo tibi).q.d.si cito exaudias cito astabo ad reddendũ gracias(quoniã deus non volens iniquitatẽ)scz infideliũ(neqꝫ habitabit iuxta te malignus)q.d.nõ est dignuꝫ vt saracenus vel alius infidelis habitet iuxta sepulcrũ tuũ(neque permanebunt iniusti ante oculos tuos).i.non decet ꝙ increduli maneant in terra super quam sunt oculi tui.Deutro.xi.(perdes omẽs qui loquuntur mendaciũ).i.perdas Saracenos qui falso dicunt Machometum vilissimũ.fuisse ꝓphetã domini magnũ(virũ sanguinũ abominabiꝫ domin⁹)hic ponitur singulare pro plurali sicut Exo. viij.Venit musca grauissima.i. multitudo muscarũ. ergo ꝫ viri sanguinũ dicuntur machometus ꝙ tenentes legem eius que gladio cepit ꝙ per gladiũ teneꝫ. ꝙ vt dicunt aliqui doctores per gladiũ terminabitur(Ego autẽ ꝛc̃)hic incipit versus in hebreo.ꝙ ponitur modus adeundi terram illam cum dicit(Ego autẽ in multitudine misericordie tue)principaliter cõfidens ꝙ nõ in merito iusticie mee.vel apparatu milicie(introibo in domũ tuam) .i.sanctũ sepulcrũ in quo quieuisti(adorabo ad templũ sanctũ tuũ in timore tuo)i.modo reuerenti ꝙ deuoto ꝙ q̃d orabo (domine deduc me in iusticia tua ꝛc̃)id ẽ deduc me in ⁊tute tua ad faciendũ iusticiam de inimicis tuis ꝙ meis. ꝙ allegaꝫ ad hoc racio cum dicit(quoniã nõ est in ore eoꝝ veritas.)ꝫ falsitas. quia lex Machometi quã confitẽtur est conficta multis falsis(Sepulcrum patens est guttur eorũ)de quo non exijt nisi fetor (linguis suis dolose agebant)frequenter cũ christianis(iudica illos deus)iudicio damnationis(decidant a cogitationibus suis)quibus machinãtur inferre mala fidelibus tuis(ꝫ multitudinẽ impietatũ eoꝝ expelle eos)q.d.iniquitates eoꝝ demerẽtur vt de terra illa deiciantur(quoniam irritauerunt te domine.)auferẽtes cultũ tuum de terra in qua potissime deberet vigere (ꝙ letentur omnes qui sperant in te)de eorũ deiectione(ꝙ gloriabunt in te ꝛc̃.).i.glorientur in te de victoria a te sibi collata(quoniaꝫ tu benedices iusto.)in bonis ipꝫ multiplicando(scuto bone voluntatis tue coronasti nos).i.coronabis Scriptura nanqꝫ sacra loquitur de futuro per modũ ꝓteriti ꝙ ecõuerso.i.rendes nobis coronã iherusalem. ps.vi.

Domine ne in furore tuo arguas me ꝛc̃.)Psalmũ istum fecit David penitens de numeratione populi ad iactantiam regni sui.ij.Re.xxiiij. Licet aũt exponi possit moraliter de quocunqꝫ peccatore penitente tamen magis ꝓprie de peccatore qui se iactando recolit bona sua sicut ille phariseus qui dicebat Luce.xviij.Gracias tibi ago domine qꝛ nõ sum sicut ceteri hominũ raptores adulteri ꝛc̃.Et sequitur Jeiuno bis in sabbato.decimas do omniũ que possideo ꝙ ex tali iactantia incurrit afflictionẽ corporis vel anime.ꝙ sic penitens clamat ad dñm d(Domine ne in furore tuo arguas me. ꝛc̃) i.in finali iudicio quãdo peccatorib⁹ apparebis iratus qui modo es mansuet⁹ (miserere mei dñe quoniã infirmus sum).i.pronus ad peccandũ ex corruptione primoꝝ parentũ.Gene.viij.Sensus ꝙ cogitatio humani generis ꝓna sunt ad malum ab adolescentia sua(Et anima mea turbata est valde)de peccatoꝝ cõmissione(ꝫ tu domine vsquequo.)subintelligitꝫ differes eam sanare.ideo subditur(cõuertere domine)nunc in ꝑsenti(ꝙ eripe aiaꝫ meam)de terrore iudicij futuri(Saluuꝫ me fac ꝓpter misericordiã tuam)quã allego ꝙ meã iusticiã(quoniã nõ est in morte)i.post mortẽ(qui memor sit tui)penitẽtia fructuosa(laborani in gemitu meo.) iam de preterito (lauabo per singulas noctes lectũ meũ ꝛc̃)de futuro.nam ad habendũ remissionẽ requiritur penitẽtie cõtinuatio.sicut de beato petro legit ꝙ singulis noctib⁹ surgebat hora qua christũ negauerat ꝙ flebat ita ꝙ facies eius videbatur adusta ex fluxu lacrimarũ.(turbatus ẽ a fu.ocu.me⁹)i.pre dolore corois ꝙ

lacrimis obscuratus est visus meus. ⁊ sb
ditur causa (inueteraui) corruptione pec
cati (inter inimicos meos) i. demones ad
malū me ꝓuocantes. ꝫ qm̄ vera penitē/
tia certam spem habet de remissione pec
catorū. subdit̄ (Discedite a me omnes q̄
operamini iniquitatē) i. vos demones q̄
estis in malo obstinati (quoniā exaudiuit
dn̄s vocem fletus mei ꝛc̄) hec sunt verba
penitentis quando sentit ꝯiecturabiliter
diuinam ꝯsolationē (erubescant ⁊ cōtur
bentur ꝛc̄) sicut eni demones gaudent ⁊
gloriant̄ de peccatoris deiectione ita tur
bantur ⁊ erubescūt de eius releuatione (
conuertantur ⁊ erubescant) qꝛ cum sint
superbissimi videntes se superatos nolūt
ibi diutius cōmorari. vnde Math. iiij. de
ip̄o scribitur. Et reliquit eum dyabolus
tanquā in tentatione victus. ps. vij.

Domine deus meus in te speraui
ꝛc̄) Psalmum istum fecit Dauid
eo qd̄ fuerat occasio mortis sacer
dotū nobe vt habet̄ primi. R. xxij. Petens
a domino ne propter hoc traderet̄ in ma
nus Saulis ⁊ aliorum persequentiū ip̄m
Hunc ergo psalmū debet dicere domi/
no qui per incautelam suam est occasio
magni mali petens a domino liberari et
dicens. (Deus meus in te speraui). i. in
tua misericordia non in mea iusticia (sal/
uum me fac ex omnibus persequentibus
me) corporaliter vel spiritualiter (ne quā
do rapiat vt leo animam meam) scilicꝫ ꝑ/
secutor corporalis per mortem corpora/
lem. vel spiritualis per mortez spiritualē.
(dum non est qui requirat neqꝫ qui redi.
ꝛc̄.) scilicet salutem meam preter te.) Do
mine deus) Hic allegatur triplex ratio ꝓ
petitionis exauditione. Accipitur autem
prima ex parte sui. d (Domine deus meꝰ
si feci istud) maliciose sciens ꝙ tantū ma
lum sequi debet ex mea actione vel. (si est
iniquitas in manibus meis) talis ꝙ vel/
lem reddere mala benefactoribus meis.
(decidam merito ab inimicis m. ꝛc̄) q. d.
iustum esset ꝙ traderer meis inimicis ⁊ ꝙ
ipsi me comprehenderent ⁊ totaliter ꝯcul
carent ꝫ quoniā adhuc sum innocens ab
istis (Exurge domine in ira tua) id est in
effectu vindicte tue (⁊ exaltare in finibus

inimicorum meorum.) repellendo inimi/
cos a me ita ꝙ retrocedant ad loca sua.
(Exurge domine.) Hic ponitur ratio ⁊
accipitur ex parte dei qui precepit iudici
bus inferioribus facere iusticiam ⁊ sic sa
cere debet ip̄az. ideo dicitur (Exurge do
mine in precepto quod mandasti) scilicet
faciendo iusticiam de persequentibꝰ me.
(⁊ synagoga populoꝝ circūdabit te) scili
cet ad te laudandū de facto iusticie (⁊ ꝓ
pter hanc) s. iusticiam (in altum regrede
re.) ostendendo altitudinē tue iusticie in
iniquoꝝ punitione (dominus iudicat po
pulos) q. diceret. sicut quilibet dominus
temporalis iudicat ⁊ punit suos sb̄ditos
sic tu qui es dominꝰ generalis omnium
debes iudicare ⁊ punire omnes iniquos
homines vel demones. ideo concluditur
(Judica me domine ꝑm iusticiā meam)
ferendo ꝓ me sententiā (Consumetur ne
quicia ꝛc̄.) Hic ponitur ratio ⁊ accipitur
a malicia persequentium. cum dicitur. (
Consumetur nequicia peccatoꝝ.) ita ꝙ
non habeat effectum (⁊ diriges iustum)
saluando ip̄m (scrutans corda ⁊ renes.)
id est cogitationes interiores ⁊ actus ex/
teriores (Justum adiutoriū meum a do/
mino) qui cognoscit innocentiā meam. (
deus iudex ꝛc̄. nunquid irascitur per sin/
gulas noctes) statim puniendo mala. q.
d. non. ꝫ expectat penitentiā que si nō seq̄
tur augebitur pena. ideo subdit̄ (nisi con
uersi fueritis gladiū suum vibrabit ꝛc̄). i.
punitionē suam parabit (⁊ in eo parauit
vasa mortis) scilicꝫ gehenne que ē mors
scd̄a. ⁊ subdit̄ causa (ecce parturit ꝛc̄) cō
cipere precedit parturire ⁊ parturire pa/
rere. malus ergo ex suggestione dyaboli
concipit voluntatem peccandi. parturit
autē per conatum adimplendi. parit aūt
in actu peccati ⁊ sic lacuꝫ inferni sibi ape
rit ⁊ incidit (conuertetur dolor eius in ca
put eius. (quia malum ipsius reuertitur
per penam super caput eius. ⁊ innocens
liberatus ad dei laudeꝫ conuertitur ⁊ sic
in eius persona subditur (Confitebor do/
mino ꝛc̄) viij. ps. Dauid.

Domine dominus noster ꝛc̄) Sen
sus litteralis huiꝰ psal. est de triū
pho christi ꝫ mistice potest expo/

ni de suo corpore mistico qd̄ est ecclesia. cuius est duplex status. militans ⁊ triū/phans. ⁊ licet ꝑz vtrūqꝫ possit accipi magnificentia dei ꝑm illud ps .c.x. Confessio ⁊ magnificentia opus eius. Tamen magis ꝓprie dicitur de triūphante. ꝑm hoc ergo dicatur (Domine domin⁹ noster q̄ admirabile est nomen tuum.) id ē valde admirabile (in vniuersa terra). q diceret multoplus est admirabile in celesti gloria. ideo subditur (quoniā eleuata est magnificentia tua ꝛc̄) ꝫ quoniaꝫ ciuitas celestis si esset tm̄ ex viris perfectis non esset sic laudabilis sicut est per hoc ꝙ pueri sunt cum eis. ideo subditur (Ex ore infantium ⁊ lactentiū perfecisti laudem) ⁊ isti pueri sunt in triplici differentia Nam aliqui confessi sunt christū morte ꝫ non ore. sicut innocētes occisi ab herode. aliqui vero ore ꝫ non morte scilicet pueri clamantes christo osanna filio dauid ꝛc̄. vt habetur Math. xxi. Aliqui vero vtroqꝫ modo sicut beatus Pancracius qui confitens christū passus est anno etatis sue. xij. Et beata Agnes anno. xiij. ⁊ similes qui sunt in ciuitate celesti deum laudantes (vt destruas inimicū ⁊ vltorem) ly vt tenetur causaliter ⁊ cōsecutiē nam propter primos destructus fuit herodes. Et ꝓpter scd̄os scribe ⁊ sacerdotes pueros increpantes. Et ꝓpter tercios tyranni gentiles (Quoniā videbo celos.) Hic ostenditur qualiter homo ad triumphantē ecclesiam eleuatur. cum dicitur (quoniā videbo celos tuos ꝛc̄) que sunt creature incorruptibiles ⁊ valde excellētes respectu corporis humani. ideo subditur (quid est homo) corpore fragil ⁊ corruptibilis quasi diceret nihil videtur respectu ip̄aꝝ. ⁊ tamē (memor es ei⁹) ad eleuandum ip̄m super sydereum in empyreo qd̄ est locus angeloꝝ. ⁊ Rnderunt ad hoc cum dicitur. (Minuisti euꝫ paulo minus ab angelis) q. d. licet ratione corporis sit fragilis tam̄ ratione anime ad imaginem dei facte non multum distat ab angelica natura ⁊ ex dei beneficio equalis efficitur in gloria. ideo subditur (gloria ⁊ honore coronasti eum.) Math. xxij. Erunt sicut angeli dei ī celo.

Et ꝓpter dignitatē anime a p̄ncipio creationis. homo prelatus est ceteris corporalibus creaturis. Genesis. primo Faciamus hominē ad imaginē ⁊ similitudinem nostrā. ⁊ presit piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ bestijs terre. vniuerseqꝫ creature ꝛc̄. ideo subditur (⁊ constituisti eum) a principio creationis (super opera manuū tuaꝝ ꝛc̄) ⁊ patet ex dictis. Ideo concluditur ꝙ in p̄ncipio fuit ꝓpositum de magnificentia dei relucente in creaturis cum dicitur (dn̄e domin⁹ ꝛc̄) ps. ix

Confitebor tibi domine ꝛc̄.) ꝑm sensum litteralem p̄s iste loquit̄ de potestate xp̄i iudiciaria q̄tū ad duplex iudiciū. Primū est iudiciū discretionis quo nunc fideles ab infidelib⁹ discernuntur de quo dicitur Jo. xij. Nūc iudiciū est mundi. Scd̄m est iudiciū discussionis futurū in fine mūdi quo singulorum merita discutient̄ vt pene vel premia ꝑm ordinem iusticie reddantur ⁊ sēsus litteralis huius psalmi ad hoc tēdit vt semper simus in timore positi ratiōe vtriusqꝫ iudicij. Primo ratione iudicij discretionis quia ⁊ si certi sumus nos eē de numero fidelium tamen nescimus si sumus de eis q̄tum ad meritum Eccle. ix. Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit. similiter ratōne iudicij discussionis quia nescimus in qua parte ponēdi sumus. s. cum ouibus ad dexterā vel qd̄ absit cum edis ad sinistram. Et sic p̄ter sensum litteralem non apparet mihi pro nunc alia moralitas requirenda.

Psalmus .x.

In domino confido ꝛc̄) psalmū istum litteraliter exposui de confidentia dauid q̄ monitus Agad ꝓpheta venit ad manēdum in terra israhel vt habetur. i. Reg. xxij. Confidens ꝙ dominus eum protegeret a Saul ⁊ alijs eius inimicis. licet monitus fuisset a viris suis extra terraꝫ israhel habitare. Allegorice vero exponi potest de christo per dauid figurato. nam ⁊ ipsi xp̄o similiter persuasum fuit ꝙ exiret de terra ꝓpter persecutionē herodis. Lu. xiij. trāsi hinc ⁊ vade qꝛ querit te herodes interficere. et sicut dd̄ nō assensit viris suis. Sic nec christus ta/

ibꝫ verbis .ꝫ ſic rñdit. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce demonia eijcio ⁊ ſanitates ꝑficō hodie ⁊ cras ⁊ tercia die conſumor. ſic ergo in perſona chriſti hoīs dicat̄ (In dño confido) ꝙ proteget me ab herode (quō dicitis tranſmigra ꝛc̄).i. ꝙ fugiam a facie herodis ſicut paſſer a facie ſagittātis (qm̄ intenderūt arcum ſuum ꝛc̄) verbum eſt dicentium chriſto ꝙ fugeret. Et ē ſenſus herodes ⁊ eius ſatellites inſidiantur vite tue. ⁊ inducitur exemplū de eius precurſore iam occiſo ab herode cum dicit̄. (quoniā que tu perfeciſti deſtruxerūt).i. Johannē quē perfectū dixiſti. Math̄ .xi. Inter natos mulierū non ſurrexit maior Johanne baptiſta q.d. ſic de te facient. (dominus in tēplo.) Hic circa chriſtuꝫ hominem ponitur diuina protectio cuꝫ dicitur (dominus in templo ſancto ſuo).i. in humanitate chriſti in quo habitat omniſ plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. ij.ca. (oculi eius in pauperem reſpiciūt).i. chriſtū hominē qui vixit in paupertate vſqꝫ ad mortem ⁊ ſuper ip̄m erant oculi domini per ſingularem ꝓuidentiam (palpebre eius interrogant filios hominū.) quia ſcrutatur cogitationes ⁊ actus eoꝝ (dominus interrogat iuſtuꝫ) vt in bono perſeueret (⁊ impium) vt ſe emendet (qui autē diligit iniquitatē) ſe nolens emendare (odit animā ſuam) quia preparat eam gehenne que per multa grauia deſcribit̄ cum ſubdit̄ (pluet ſuper peccatores ꝛc̄.) ad ſignandū eius importabilē grauitatē ⁊ ſubditur cauſa (quoniā iuſtus dñs ꝛc̄.) ꝓpter qd̄ non dimittit dedec⁹ culpe ſine decore iuſticie

xi. p̄s dauid.

qđ despici nō debēt a iustis q̄ nō peccaue
rūt ꝫ magis reuerteri ꝛ fratres vocari. q̄a
sunt ad eandem gloziā vocati. ideo diciť
(dicite fribꝰ vr̄is ꝓpls meus ꝛc̄) Judicate
matrē vr̄am ꝛc̄) hic arguiť malicia cleri/
coꝝ qui ꝑ malam vitā sunt in scandaluz
laicorū. circa qđ sciendū ꝙ licz eccla ge/
neraliť sumpta sit clericoꝝ ꝛ laicoruz. tñ
speciali mō est tm̄ clericoꝝ eo modo loq̄n
di quo ꝛmuniter ꝺr ꝙ clerici sunt eccla.
ꝛ hoc mō eccla ꝺr mr laicoꝝ. qz debēt a
clericis in fide ꝛ moribus educari sic ꝺr
laicis (iudicate matrē vr̄am) id est mali
clerici ꝛgregatōez (qm̄ ipsa nō vxor mea
) q̄si dicerz dñs ex eius opibus malis po
testis ꝓpendere ꝙ nō est vxor mea fidelis
(auferat fornicatōes suas ꝛc̄) id est vicia
que vigēt in ea ꝛ sic erit vxor mea (ne for
te expoliem eā) bonis tpalibꝰ. sicut ipsa
se nudauit virtutibꝰ. ideo subdiť (qz dixit
vadam post amatores meos) id est pꝰ vi
cia ꝛsueta que ꝑ cōsuetudinē efficiuntur
quasi ꝛnaturalia ꝛ amicabilia lz sint odi
bilia (qui ꝺant panes meos tñ) gloriātur
eni de vict̄s suis que sunt fraus ꝛ dolꝰ at
tribuentes eis adq̄ficōem bonoꝝ tempo
ralium de quibꝰ laute viuūt ꝛ nihil attri/
buūt diuine bonitati. ideo subdiť in perso
na dñi (idcirco ꝺuertar ꝛ sumā frumētū
meū ꝛc̄) scz auferēdo ab eis bona tēpalia
saltē in morte (ꝛ reuelabo stulticiā eius i
oculis amatoꝝ eiꝰ). i. demonū quos di/
cūtur dilexisse eoꝝ suggestionibꝰ adq̄escē
do (ꝛ cessare faciā omne gaudiū eiꝰ) i tri
sticiā ꝑmutādo (solēnitatē eiꝰ ꝛc̄) ꝑ hoc
significāť iepta festa q̄ ꝓlati faciūt ꝛ clēi
ci ꝓbendati de bonis eccie q̄ ꝺeberēt pau
ꝑibꝰ ꝺare vl̄ potiꝰ vt sua reꝺdere (ꝓptez h
ecce ego lactabo eā) hoc nō refert ad lr̄az
immediate p̄cedentē ꝫ ad vocatōez genti
um añ positā. ꝑ quā sicut dictū est moza/
liť signať reuocatō peccantiū ad graciā
q̄ sunt diuinis ꝺsolatōibꝰ nutriēdi. iō ꝛr
in ꝓsona dñi (lactabo eā ꝛc̄) ꝛ qz dñs nō
solum ꝑ seip̄m ꝺsolať penitētes ꝫ eciaz ꝑ
suos ministros. ideo subdiť (ꝛ dabo ei vi
nitores) qz tm̄ cōsolati debēt de pctis pre
teritis ꝺtristari subdiť (ꝛ vallē achor) tur
batio interp̄tať (ad apiendaz spē). s. vite
celestis q̄ per hoc apitur (ꝛ canz ibi iuxta
dies iuuētutis sue). i. baptismaľ grē q̄ per
pniam recupatur q̄ntum ad culpe dimissi
onē (in illa die ait dñs vocabit me vir me
us quia recognoscz me deū suum) tanq̄
illum a quo est omnis virtus eius.

Capitulū .iij.

Et dixit dominꝰ ad me adhuc va
de ⁊ dilige mulierē dilectā ab ai/
co ⁊ adulterā ⁊c) ꝓ hoc morali
ostendit ꝙ bonus ꝓlatus qui ꝓ Oseā sig
natur debz diligere ꝓsonam peccatricez
non q̄tum ad culpam ꝫ q̄tum ad natu/
ram ad ymaginē dei factā exēplo xp̄i qui
se peccatoribꝰ ostēdit familiarē Luc.xv.
hic pc̄ōres recipit ⁊ manducat cū illis.
Cuiꝰ causaz reddidit Math.ix. Nō ē opꝰ
valentibꝰ medicus.ꝫ male hn̄tibꝰ(⁊ fodi
eā mihi quindeci argēteis)in hebreo hēt
(⁊ oduxi eam m̄h ⁊c)ad lr̄am eni tantū ō
dit osee illi mulieri adultere ꝓ sua famili
aritate habēda. Et ꝓ hoc morali signa
tur ꝙ bonꝰ ꝓlatus debz diligere pc̄ōres
nō solū eoꝝ salutē affectando.ꝫ eciaz ad
hoc efficacit opād̄o verbo ⁊ exemplo.et
eciā q̄tuz ad pauꝑes subsidio tpali. ꝑ
qō petro dict̄ū fuit a dño Joh.xxi. Pasce
oues meas ter replicādo(⁊ dixi ad eā di
ebus multis expectab me ⁊c.) Osee sic lo/
quēs i ꝓsona domi loq̄batur qui sua om/
nia expectat peccatores ad penitēciaz ⁊ si
milit ex sua misericordia ꝓcedit pc̄ōres
nō desperāt ꝫ dei misc̄oaz ꝑ spē expectāt
(q̄a multos dies sedebūt filij isrl sine r̄ge
⁊c)quasi dicerz.illa expectacō diuie mie
in ꝓsenti figura est existēcium in purga/
torio.q̄a nullum auxiliū habent ab intri
seco eo ꝙ sunt extra statū merēdi(pꝰ hoc
reuertētur ⁊c)scz ab illa ad dei claraz vi
sionē ⁊ eiꝰ fruicōem dulcissimā obsecꝓtur.

Capituluz quartum.

Audite verbum domi filij israel)
In hoc capło ꝑm sensuz lfalem
ostendit dei iusticia in punicōne
iudeoꝝ ꝓpter multiplicacōem pc̄ōrum.
Mistice vero ꝓ hoc significat punitō ma
lorum xp̄ianorum.⁊ ꝑmo ꝓpter pc̄a cō
tra ꝓximū cum dr̄(maledictū ⁊ menda/
ciū ⁊ homicidiū ⁊ furtū ⁊ adulterium in
undauerūt)hec ei pc̄a multū abundāt
inter xp̄ianos ⁊ maxime tpibus istis ꝓ
ter guerras multiplices inter ipos(⁊ san
guis sanguinē tetigit)q̄a ꝺsanguineꝰ cō/
sanguineā polluit.ꝓ adulteriū fornicacō
nem ⁊ subdit pena cū dr̄(ꝑ hoc luge/
bit terra).i.boies terrēis cupiditatibꝰ et
delectacōibꝰ immersi (i bestia agri) Per
quā significant feroces vl pociꝰ ferocitas
Bestia nāq; dr̄ q̄si vastia a vastādo(⁊ in
volucre celi)ꝓ quā significātur superbi.(ꝫ
⁊ pisces maris).i.aq̄s voluptatū demer
si(ꝺgregabūtur) i sagena ꝺyaboli ⁊ bn̄
dicunt voluptates aque maris que sunt
amare.dicit eni Boeciꝰ.in̄.de ꝺsola. Tri
stes vero voluptatū eē exitus intelligz q̄s
quis libidinū suaꝝ reminisci volet.⁊ sub
dit obstinacō cū dr̄(ꝓpls ei tuꝰ fiq̄ ꝺtra
dicit sacerdoti).i.sacrā doctrinā danti.ta
les eni rebellant vera p̄dicanti(nocte ta/
cere feci mr̄ez tuā ⁊c)mal pc̄ōrum ē ocu
piscēcia.nā omne pc̄m ꝺtra ꝓximū oriť
ex ocupiscēcia mūdi vl ex ocupia carnis
vel ex superbia vite q̄ est ocupiscēcia excel/
lencie indebite.hāc aūt ocupiam dns ta
cere facit in mortis nocte(Bcōm multi/
tudinē eoꝝ)hic oñditur dei iusticia i pūi
cōe peccatoꝝ q̄ sunt ꝺtra ipm.iō sequitur
(sic peccauert m̄h)⁊ ꝫ oñdit in spāli.ꝓxio
q̄tuz ad clerꝝ.iō sequit(pc̄ā ꝓpli mei cōe
det)qō faciūt palliātes pc̄ā diuitū ꝓ q̄/
stu.⁊ filr dicētes pc̄ā purgari oblacōibꝰ
sine alio satisfactōis actu.⁊ iō sequitur (⁊
erit sicut ꝓpls sic ⁊ sacerdos)scz ꝺdēnabi
lis añ deū eiꝰ q̄z scōs. Bcōo q̄tū ad ꝓpls
vulgarē cū dr̄(ꝓpls meꝰ in ligno suo iter/
rogauit)isti sūt recurrētes ad sortilegos
ꝓ lignū ⁊ baculū designatos.q̄ sic in lig
no sicco vl baculo nō est aliq̄ virtꝰ germi
nādi sic nec in sortileg.occulta revelādi.
(spūs fornicacōnū decepit eos).i.diabo
lꝰ de idolatra tēptans.talia nāq; ꝓtinent
ad idolatriā(sup capita mōtiū sacrifica
bāt ⁊c)ꝓ mōtes ⁊ colles signātur mundi
potētes q̄bꝰ adulatoēs sacrificāt q̄n diui
nos honores eis exhibēt.sic legit.in̄.par.
xxiij.de rege ioas iuda (subdē q̄rcū ⁊ po
pulū ⁊ terebintū ⁊c) ꝓ istas arboēs fron
dosas ⁊ vmbrosas significant hn̄tes di/
uicias q̄ trāseunt sic vmbre Sap.v. Di/
uicias q̄ trāseunt sic vmbre Sap.v. Di/
uicias ꝙ iactācia q̄ ꝺtulit nobis trāsierūt
omnia velut vmbra.istis arboꝝibꝰ diuios
honores impēdūt cupidi ꝓ q̄stu tpali.de
ꝫ hētur exēplū Act.xij.de herode agripa
cui ꝓplus acclamauit voces dei ⁊ nō ho/
mis eo ꝙ alerētur regiones eoꝝ ab illo
vt dicit ibidem.

Capitu.quintū.

Audite hoc sacerdotes ꝛc) Istud capitulū lr̄aliter intelligit̄ de sac̄ dotib⁹ ⁊ pncipib⁹ qui tp̄ib⁹ ose fuerūt. Mistice vero potest exponi de sacer dotib⁹ iudeorū ⁊ romanis pncipib⁹ qui fuerūt xp̄i temporib⁹ ⁊ apostolorū q̄ co/ nati sunt extinguere xp̄i fidē vt p̄z in act̄ b⁹ ap̄lorum ⁊ in gestis imp̄atorū. ꝓp̄t qđ eis dicit̄ (vobiscum iudiciū est) scz dei ad vestrā ꝺemnacōem (qm̄ laqueus facti estis speculacōi) id ē legi noue que docet celestia speculari (⁊ sic̄ rete expassum su/ per montē thabor) qui inter̄patur lux ve niēs. ꝓpter qđ significat nouū testamētū. de quo dicit̄ sc̄ō. xiij. Nor p̄cessit dies ād appropinquauit (⁊ victimas declinastis i ꝓfundū) p victimas veteris testamēti fi/ gnificat̄ eucaristia q̄ est victima noui et potest dici uictime in pl̄ali. qz virtutē cōti net cuiuslibz sacrificij ⁊ iste victime declia te fuerūt in ꝓfundum p p̄decōs. qz ꝓpter acerbitatē p̄secucōis eoz xp̄iani nō aud̄ bant eucaristiā offerre nisi in criptis maz tirū ⁊ alīs locis occultis (⁊ ego eruditor omniū eoz). i. ꝺgnitor ad vindicādum qz sunt in malis obstinati ꝓpter qđ seqūtur (nō ꝺabunt cogitacōes suas vt reuertant̄ ad dn̄m) multo nāq̄ tpe stetet̄ in persecu cōe xp̄ianorū ⁊ subdit̄ causa (qz spūs for/ nicatōis). i. ydolatrie in medio eorū. naz ꝓpter ydola persequbant̄ xp̄m (in gregib⁹ suis ꝛc) hic remouet̄ eoz falsum remediū nā in morte xp̄i sacrificia legis in q̄b⁹ iu/ dei sp̄abāt saluari mortua fuerūt in mor/ te xp̄i. sacrificia vero ydolis fcā de q̄b⁹ ꝺ/ fidebāt romani sp̄ mortifera fuerūt. ideo ꝺz de vtrisq̄ (in gregib⁹ suis ⁊ armentis vadet̄ ad querēdū dn̄m ⁊ nō inuenīet̄) seꝺ magis oppositū (in dño p̄uaricati sunt qz filios alienos genuer̄t) docētes eos errō/ rē suū sequi ⁊ sic a deo alienari. ⁊ subdit̄ pena cum dicit̄ (nūc deuorabit eos mēs) q̄ dicit̄ a mene qđ est defect⁹. maxim⁹ aūt defect⁹ est p̄uatio eterne vite p̄ penā gehē ne q̄ deuorat obstinatos in malo culpe. ꝟ qm̄ inē malos dn̄s aliqn̄ p̄mittit oriri dis/ sensiōes. sic̄ dicit̄ ysa. xix Cōcurrere facia otra romanos ꝓpter qđ iudei parti occisi ⁊ ꝑtim captiuitati fuerūt. iō subdit̄ (clangi

te bucina ꝛc) p qđ significat̄ bellū iudeor̄ otra romanos in q̄ iudei fuerūt destructi in vlcōem mortis xp̄i. Capitulū. vi.

In tribulatōe sua ꝛc) Istud capitulū lr̄ali/ ter exposui de penitēciā agentib⁹ ad p̄di/ catōez ioh̄is baptiste ⁊ se disponētib⁹ ad baptismū ⁊ fidem xp̄i. Moralit̄ autē ex ponit̄ p̄t de cunctis vere penitētib⁹ cū ꝺz (in tribulacōe sua mane ꝺsurgēt ad me) tribulatō nāq̄ corporal̄ freqn̄ter inducit ad penitēciam p̄tōrū qz vexacio dat itel/ lēm fuertēdi ⁊ debēt alios ad idē inducē iō sb̄dit̄ (vēite ⁊ reuertamur ad dn̄m ꝛc) ⁊ subdit̄ reuertēdi mod⁹ cū dicit̄ (viuifi/ cabit nos post duos dies ꝛc) p̄m⁹ dies est vere cōtricōis. sc̄ōs p̄fessionis ⁊ ter ci⁹ debite satisfactōis. ⁊ subdit̄ ad hoc ex emplū cū dicit̄ (q̄si diluculuz p̄patus est egressus ei⁹) diluculū pncipiū est diei per quā significat̄ iustificatō impij. hui⁹ diei pncipium est grā p̄uenies q̄ est p̄paratio ad grām formalit̄ iustificantē de qua sub ꝺitur (⁊ veniet q̄si ymber nobis tēporane us ꝛc) ꝟ qm̄ nō est dign⁹ mia qui nō facit miaz. ideo de talib⁹ subdit̄ (mia vr̄a qua/ si nubes matutina ꝛc). i. sine affcū debito de qua dicit̄ Jaco. iij Si autē frat̄ aut so/ ror nudi sint aut indigeāt victu q̄tidiāo. dicat aūt aliq̄s de vobis ite in pace cale/ facimini ⁊ saturami. nō autem dediſtis ea q̄ nēcaria sunt corpis q̄ ꝺ p̄derit vob. q̄i di. nihil (ꝓp̄t hoc dolaui in pl̄is). i. la borauī p̄ pp̄has ad hoc qđ ad rectitudi nē misericordie reducerēt̄ sicut dolatur lignū vt rectificet̄ (⁊ occidi eos in verbis oris mei). i. eos occidēdos viri morte ge/ hēne Math̄. xxv. Ite maledicti in ignē et num ⁊ sb̄dit̄ causa ibidē. esuriui ⁊ nō de/ distis mihi māducaē ꝛc (⁊ iudicia mea q̄ si lux egrediēt̄ur) nā in finali iudicō impi/ orū ꝺēnatio ⁊ pior̄ p̄miacio iustissiā cū ctis euidēter appebit. Capi. vij.

Quam sanare vellē isr̄l ꝛc) In h̄ ca/ pitulo ponit̄ duplex causa q̄re po pul⁹ de regno isr̄l nō fuit libera/ tus de captiuitate assirior̄ ⁊ pp̄s de reg no iuda fuit liberat⁹ a p̄tute babilonio/ rū ⁊ fuit vna cā multiplicatō ydolatr̄e in domo isr̄l ⁊ ei⁹ euidēcia de q̄ ꝺz ysa. 3. pec catū suū q̄i sodoma p̄dicauerūt ⁊ h̄ diffu

se ꝙ inuolute ꝙ cum replicacionibus plu/
rib⁹ hic tractatur Mozaliť añt ꝓncipes
ꝙ iudices in hoc hñt documẽtuz ꝙ q̃ꝫtũ
cũqꝫ sint ad misericozdiã ꝓni nõ tñ omit
tere debẽt de istis casib⁹ debitã punicõez
scz qñ malũ est pluries replicatuz vl cui/
dẽs intãtũ ꝙ ex omissiõe punicõis ꝺbite
sequiť ꝓpli scandalũ cũ ipse dñs cui⁹ ꝓpri
um é ꝓcere ꝙ misereri ꝙ q̃ de plenitudie
potestatl.põt omnẽ offensaz ꝙ penã ꝝmit/
tere.ꝙ tamẽ ꝓpter dictos casus ꝓplo ꝺ re
gno isrl non remiſit ꝙ sic dicit(cũ sanare
vellẽ isrl reuelata é iniq̃tas effraym ꝛc̃).i.
manifeste publicata.Loq̃tur eni hic dñs
ad modũ pñ iudicis q̃ q̃ꝫtum é de se vellz
reũ liberare.tñ enozmitas facti ꝙ ei⁹ cui/
dẽcia nõ ꝓmittũt. Ca.viñ.

IN gutture tuo sit tuba)Verbũ é dñi ad
Oseã ꝓphaz vt fortiť ꝙ ostanť denunciet
aduentũ regl.babilonis ad destruendum
domũ dñi in irl'm. Mozaliť ꝑ oseã signa
tur ꝓdicatoz veritatl.q̃ ostãter ꝓdicaẽ ꝺz
instanciã demõis ad destruẽdũ domum
dei q̃ est eccl'a qꝺ notať cũ ꝺr(q̃ñ aquila
sup domũ dñi)ꝑ aq̃lã ei q̃ est auis rapax
ꝙ acuti visus significať ipse diabol⁹ q̃ vi/
get acumie intellcũs ꝙ eccl'e filios nititur
rape ꝙ sic eccl'am dissipare.Et subdiť du
plex causa q̃re sic ꝓmittiť agere mala.ꝑ
ma ponit cũ ꝺr(ꝑ eo ꝙ trãsgressi sunt fe
d⁹ meũ).i.fed⁹ ꝑ nomẽ meũ firmatũ.ꝑm
sensuz lr̃alẽ Sedecchias rex iuda ꝑ nomẽ
dñi iurauerat seruire fideliť nabuchodo/
sor regi.illud tamẽ iuramẽtuz rupit de ꝺ
filio senũ ꝙ sacerdotũ.vt habeť.ij.pal.vl
timo.ꝙ hec fuit vna causa destructõis tẽ/
pli ꝙ mozris sedechie ꝙ osulẽciũ sibi dictã
rupcõez ꝙ nunc in plurib⁹ locl.nimis faci
liẽ vt videť dispẽsatõ fit in fractõne iura/
mentoꝝ.ꝓpter qꝺ timendũ est ne ꝺtigat
simile malũ.Scꝺa causa q̃re diabol⁹ per
mittiť eccl'e filios molestare é indebita ꝑ
mocõ q̃ notať cũ ꝺr(ipsi r̃gnauerũt ꝙ nõ
ex me.principes extiterũt ꝙ nõ cognoui)
frequẽter eni in eccl'a ꝓmouẽtur ad dig/
nitates indigni.ꝙ sbdiť vn⁹ mod⁹ cũ ꝺr(
argẽtuz suuz ꝙ auꝝ suuz fecerũt sibi ydo
la).i.pastoes symoniace ꝓmotos.vñ ꝺz
zach.xi.O pastor ꝙ ydolum derelinquẽs
gregem ꝛc̃. Ca.ix.

DOli letari isrl ꝛc̃.)In hoc capło po/
nũtur quinqꝫ mutacões male circa
ꝓplm isrl q̃ mistice repiunť in r̃pianis.ꝑ/
ma mutacõ fuit de victualiũ abundãcia
ad penuriã eoꝝ ꝙ defectũ.ꝙ hoc notatur
cum ꝺr(area ꝙ torcular nõ pascz eos ꝛc̃.
)Xp̃ianorum area spiritualis est altare
vbi ꝺsecratur ꝙ ministrať sacr̃m eucari/
stie qꝺ in ꝓmitiua eccl'a abundãter mini
strabať r̃pianis.qz cõicabant q̃tidie.seo
postea ffrigescẽte deuocõe ordinatũ fuit
ꝙ sufficerz ꝓplo cõi singul' dieb⁹ dñici.cõ
municare.postea ꝯo ex eadẽ cã ordinatũ
fuit ꝙ sufficerz bis in anno.s.in pascate
ꝙ in natiuitate dñi.ꝙ mõ sufficit semel.s.
in paschate ꝙ tñ adhuc multi se disponũt
ad hoc satis defectiue ꝙ sic ptz penuria re
spectu abũdancie ꝓterite in ꝓplo cõi (Et
vinũ mencieť eis)sacr̃m eucaristie sb spẽ
vini recipiť a sacerdotib⁹ ꝙ cũ hoc aliq̃n
a mistris altaris.tñ plurib⁹ nõ ꝓficit.q̃a
ficut dicit ad Coꝝ.Qui manducat ꝙ bi.
indigne iudi.sibi man.ꝙ bibit.tñ sacr̃m
sb spẽ vini sumptũ nõ mẽtitur eis ꝯ econ/
uerso ipsi mẽciunť sacro ꝓpẽ qꝺ cum ꝺr(
ꝙ vinũ mẽcieť eis)ẽ ypallage sic cum ꝺr
pflauit fistula buccas.i.bucca pflauit fi/
stulas.et Jhere.xi Mittam⁹ lignũ in pane
ei⁹.i.r̃pm q̃ est vite panis mittam⁹ in lig
nũ crucis vt exponũt aliqui doctores ca/
tholici(Reuersus ẽ effraym isrl'i egiptũ)
ꝺ ponit scꝺa mutacõ.s.a mũdicia in im
mũdiciã ꝙ hec mutacõ mistice repitur i
mal' religioꝝ q̃ pt⁹ ꝓfessionẽ reuertũť ad
modũ viuẽdi secularẽ.Ideo subdiť (ꝙ in
assyr̃is pane pollutum comedit) ꝑ assy/
rios qui interp̃tantur factuẽ vigilantes
domio signantur boni religiosi qui vigi
lant in obseqũis domini ꝙ in eis panem
pollutum comedit qui inter eos immũde
viuit.et hoc est pessimũ scz inter mũdos
viuere immũde(Scitote isrl' stultũ)sbic
ponitur tercia mutacõ que fuit in stulticia
ꝙ hec mutacio repitur in pluribus theo
logis modernis tempis q̃ sacrã scripturã
ꝙ sanctoꝝ doctrinã studere negligunt et
vanis ac curioꝝ totaliter inherẽt.(Qua
si vuas i deserto inueni israel ꝛc̃).sbic ponitur quarta mutacio que fuit in ꝓplo isrl.
Naz ꝓmi patres vt Abraham ꝙ Jacob ꝙ

similes fuerūt optimi ⁊ posteriores fuerūt ydolatre pessimi sic patz iiij. R. ⁊ ij. paral' et sic ē in eccl'a xp̄i. nam p̄mi rectores ei⁹ optimi fuerūt scilicz apl'. ⁊ successoēs eoꝝ multi. intātum ꝙ fere in omnib⁹ ecclesijs de⁹ miracula faciebat ex eoꝝ meritis. sed modo multi faciūt mirabilia quia ꝑ modos inexcogitatos ⁊ mirabiles surripiūt simplicium bona (effraym quasi auis auolauit ⁊c̄) hic ponitur quita mutacio que fuit i populo israhel scilicz a fecūditate ꝓl' in sterilitatez ideo sb̄dit̄ (absqz liberis eos faciā) h̄ aūt mistice repitur i mltis ministris ecclesie. qui nec v̄bo predicacōis nec exēplo bone actōnis faciūt liberos i ecclesia dei. sed magis ꝑ suā malam vitā faciunt filios iferni.

Capitulū. x.

Vitis frōdosa israhel ⁊c̄) In h̄ capitulo et trib⁹ alijs sequentib⁹ arguit̄ ingratitudo populi iudaici de diuinis beneficijs sibi collatis. ꝑ quaz significat̄ ingratitudo xp̄ianoꝝ de beneficijs dei maiorib⁹ sibi collatis per xp̄m i h̄ aūt capitulo describit̄ beneficiū diuinum quo populum iudaicū introduxit in terram lacte ⁊ melle fluētē. de quo beneficio ille ꝓpl's fuit ingrat⁹. nā post mortē iosue cito declinauit ad ydolatriam vt patz in libro iudicū ⁊ in libris regū. ꝑ iosue vero qui populū in terrā ꝓmissionis itroduxit significat̄ xp̄us qui ꝑ passionē suā adituz terre viuēciū nob̄ aperuit ⁊ illuc in ascēsione sua veteris testam̄ti patēs secū duxit h̄ postea satis cito aliqui de populo xp̄iano tāqꝫ ingrati tāto beneficio declinauerunt ad heresim scilicet hebion ⁊ cherint⁹ ⁊ sequaces eorū. ⁊ h̄ fuit a tēpore apostolorū ꝓpter ꝙ beat⁹ iohānes ad illā heresim extinguendam in principio sui euangelij declarauit in xp̄o diuinā esse naturā. qd̄ illi negabant postea vero fuerunt arriani manichei ⁊ alij mlti qui diuersas hereses cōdiderunt.

Capitulū. xi.

Sicut mane pertransit rex israhel ⁊c̄) h̄ arguitur ingratitudo secūda. scd̄m ordinem scribentis fuit tamen prior secūdum ordinem temporis. scilicet de beneficio eductionis de egipto et ductionis ꝑ desertū et nutricionis mā-

na celesti quib⁹ ingrati fecerunt vitulum cōflatilez ⁊ eum adorauerūt. ⁊ postea ad illi⁹ similitudinez ieroboā rex israhel duos vitulos aureos fecit ⁊ ad adorādū eos populū induxit. vt habet̄ iij. R. xij. ꝓpter ꝙ rex et popul⁹ trāslati fuerūt in assyrios iiij. R. xviij. ⁊ sic dicit̄ hic (sicut mane trāsit ꝑtrāsit rex isrl') ꝑ hāc aūt ingratitudinem populi isrl'. significat̄ ingratitudo religiosorū. q̄ de seculo tenebris culpe et ignorancie pleno tāqꝫ de egipto vocati sunt ad locum religionis scm̄ et ibi nutriti corporaliter ⁊ frequēter magis laute. qꝫ domibus pat̄nis ⁊ etiā spiritualiter manna eucharistie et spūalib⁹ documētis. ⁊ scōꝝ virorū exēplis ⁊ tamē aliqui beneficioꝝ istorum ingrati. cōuertunt̄ ad ydolatriā cuiusmodi sunt carnales ⁊ gulosi facientes de ventre suo deū suū sic dicit̄ phil'. iij Quorum de⁹ venter est ⁊ ꝓprietarij qui deum suū faciūt de auro ⁊ argēto abscōdite sublato et sic de alijs vicijs. ꝓpter ꝙ captiui ducunt̄ ab inimicis. ad terraz tenebrosam ⁊ oꝑtam mortis caligine.

Capitulū. xij.

Effraym pascit ventum ⁊c̄) hic arguitur ingratitudo tertia populi isrl'. de duob⁹ beneficijs a deo patriarche iacob collatis pro se ⁊ posteris suis. primū est qꝛ in vtero matris supplātauit esau fratrē suū ꝙ notat̄ cū dicitur (i vtero supplantauit fratrem suum) Moraliter aūt siue mistice. per rebeccam matrē ecclesia militās significatur rebecca nāqꝫ patiencia interpretatur ecclesia vero militans exercitata fuit in patiencia. primo in persecucione iudeorum. secūdo in persecucione tyrannorum. et tertio magis erit i persecucione antixp̄i ⁊ satellitum suorum propter ꝙ dici potest paciētia i abstracto sicut notabiliter largus ipsa largitas nominatur. licet autē omnes xp̄iani tam boni qꝫ mali sint ꝑ baptismū regenerati. tamen adhuc vsqꝫ ad mortē quodā mō sūt in vtero ecclesie nā mors sanctorū dicitur eoꝝ natale qꝛ ex ecc̄a militāte nascūt̄ ad vitā gl'ie sic igit̄ boni q̄ ꝑ iacob significāt̄ ⁊ mali ꝑ esau significati. s̄m illud malachie. i. Jacob dilexi esau vero odio habui dicit dn̄s i vtero matris sese tollidūt quia

moꝛibus diſſenciũt ꝫ boni malos ſupplã
tant. Nã in pñti merent ad gl̃am exaltaꝛi
qua mali demerent puari. Scõm bñfici
um ipſi Jacob pꝛiarche collatum fuit in
hoc ꝙ iam adultus luctauit cũ angelo ꝛ
benedictõem obtinuit ab eo Gen̄. xxxij.
qð notatur h cum dꝛ (ꝛ in foꝛtitudie ſua
directus ẽ cum angelo ꝛc̄) Moꝛalit autẽ
hoc faciũt boni ꝑ Jacob ſignificati. nam
in pñti mereñ ad angelꝛum oꝛdines exal
taꝛi.

Capi. xiij.

IOquẽte effraym ꝛc̄.) hic arguit
magnitudo populi iſrl̃ de dupli/
ci bñficio dei quoꝝ vnũ erat pre
teritũ tempe oſee ſcz beneficiũ eductõnis
de egypto ſub pacto ſeruiẽdi deo ꝛ tanꝗꝫ
ingratus multiplicit receſſit ab eo. ꝫ ꝗa
iſtud moꝛalizatũ ẽ ſup̄. xi. ca. idð ꝑtran
ſeo. Secũdũ vero bñficiũ erat adhuc
tempe Oſee futurũ quod ponit verſus fi/
nẽ capl̃i (de manu moꝛtis liberabo eos ð
moꝛte redimã eos ꝛc̄) qð exponũt iudi ꝛ
alicꝗ doctoꝛes catholici lr̃aliter. de libera
cõne populi. de captiuitate babilõis. ego
autẽ ad lr̃am expoſui de liberacõe natuẽ
humane a coꝛrupcõe que futura ẽ per re
ſurrectõem hominũ ad vitã immoꝛtalez
inchoata tamẽ fuit i reſurrectõe xp̃i ꝓpt̃
qð cum eo ſurreꝛerũt multa coꝛpa ſcõꝝ
vt dꝛ Matꝫ. xxvij. ꝛ ſic expoſicõ mea re/
ſpectu aliaꝛum eſt ſpũal nec apparz mihi
alia cõueniẽcioꝛ hic ponenda.

Capitulũ. xiiij.

PEreat ſamaria qm̃ ad amaritu/
dinẽ cõcitauit deũ ſuũ ꝛc̄.) h ad
lr̃am ponit cõcluſio reſpectu p̃cedencium
q̃ dicta ſunt ð captiuacõe decẽ tribuũ in
quoꝝ regno ſamaria metropol̃ erat ꝛ in
ea ydolatria vigebat. Moꝛalit ãt ꝑ decẽ
tribꝰ ydolatras ſignat ydolatrantiũ vni
uerſitas eo ꝙ denariꝰ ẽ nũerus ꝑfcũs et
limes numeroꝝ qꝛ nũeri ſeqñtes ſunt re/
plicacões ipſiꝰ vel ꝑciũ eius. vndeci eni ẽ
vnũ ꝛ decem. duodeci duo ꝛ decẽ ꝛ ſic cõ
ſequẽter vſqꝫ ad vigiti. i. bis decẽ. xxx. ter
decẽ ꝛ ſic deſequẽt igit ꝑ deſtructõez decẽ
tribuũ ſignat deſtructõ oim ydolatranti
um qð iam ꝑ maioꝛi ꝑte factũ eſt ꝑ ꝑdi/
cacõez apoſtoloꝝ ꝛ alioꝝ ſequẽciũ. Vaz
idolatria ceſſauit ꝑ mũdũ exceptis q̃buſ
dã barbaris ꝛ paucis q̃ dicunt habitaẽ
iuxta polum articũ. (Conuerte iſrael ad
dñm) h ad lr̃am ꝓpheta denunciat ꝓpꝰ
ſuauitatẽ diuine mie poſtꝗꝫ denũciauẽat
ei multiplicit ſeueritatẽ ſue iuſticie more
boni ſamaritani poſt vinũ moꝛdicatiuũ
infundẽs oleũ lenitiuũ. Scienduꝫ tamen
ꝙ hebꝛei ꝛ aliqui doctoꝛes catholici totũ
iſtud capitulũ exponunt lr̃aliter de libẽa
cõne populi iudaici a captiuitate babilo/
nica. Ego autẽ ipſum expoſui ad lr̃aꝫ de
liberacõe populi ꝑ xp̃ꝫ facta. ꝛ ideo mea
expoſicõ ſpũalis eſt reſpectu aliaꝛum ꝓ/
pter qð de alia ꝓtrãſeo ꝛ qꝛ mihi non oc
currit ꝺueniẽcioꝛ hic ponẽda.

Explicit Oſeeas ꝓpheta.

Incipit Joel ꝓpha. Ca. i.

VErbũ qð fcm̃ eſt ad Joel ꝛc̄.)
ſeqꝫtur (r̃ſiduũ eruce comedit
locuſta ꝛc̄) ꝑ illa q̃tuoꝛ coꝛoꝛ/
dẽcia terrenaſcencia in r̃gno
iudee ſignantur miſtice. Quatuoꝛ vaſtã
cia viriditatẽ virtutũ in regno anime que
ſunt. delcãtio mala in appetitu. cõſenſus
in opus pct̃i. opis ꝺſummatõ. ꝛ ſeqns ꝺ/
ſuetudo. Ideo ſbditur (expergiſcimi ebꝛij
) qꝛ ſicut ſomnꝰ tenet ſenſus ligatos ꝛ eba
etas rõez. ſic ꝺſuetudo prava tenet hoiez
in pctõ ligatũ ꝓpter malũ habitũ inclinã
tẽ Ideo ſbditur (flete ꝛ vlulate oñes q̃ bi
bitis vinũ in dulcedine) ꝑ vini potacõez
q̃ marie decipit intelligit vſus indebitus
alioꝝ delectabiliũ carnis ꝛ mundi (quia
ꝓpt ab oꝛe vr̃o). i. liz ad horã delectet tñ
in ꝑpetuum cruciãt (gẽs eni aſcẽdet ſup
terrã). i. multitudo ſpũum malignoꝝ
q̃ dꝛ gens eo ꝙ gentiles eos antiq̃tus in
ydol̃ colebãt (fortl.) Job. xli. Nõ eſt ptãs
ſup terrã q̃ ei cõꝑetur (ꝛ innũerabil̃) qã
multitudo demonũ ẽ valde magna. dꝛ ei
Matꝫ. v. in vno hoie erat legio demonũ
(dẽtes eiꝰ vt dẽtes leonis) ꝑ qð ſignatur
crudelitas demonũ (poſuit vineã meã in
deſto ꝛc̄) ꝑ vineam ſignificat eccl̃ia quo
ad clerum ꝛ religiõis ſtatꝰ (ꝑ ficũ) eo ꝙ
dulcedo deuocõis eẽ debet i r̃ligioſis (nu
dãs ſpoliauit eam) viz bonis gratuitis (
ꝛ alibi facti ſunt rami eius) vulnerata in
naturalibus quãtum ad malos clericos
ꝛ relig

ꝛ religiosos. ido subditur (plange quasi virgo accincta sacco sup viꝝ pubertatis tue) id est ꝑuata amplexib⁹ sponsi tui ihu xp̄i (perijt sacrificiū ꝛ libatō de domo domini) ꝑ sacrificiū intelligit̄ corp⁹ dn̄i per libaciōem sanguis que q̄ꝫtum ad malos sacerdotes qui indigne celebrāt ꝛ iudiciū sibi māducāt et bibūt. perit. ideo subdit̄ (ꝛ luxerūt sacerdotes) id ē deberēt lugere (depopulata est regio) qꝛ licet multi sint de eccl̄a nūero pauci tamē respectiue merito (deuastatū est triticū) id est eccl̄e debitū nutrimentū ꝓpter bone p̄dicatōis defectum (cōfusum est vinū ꝛ elanguit oleū) qꝛ vinū caritatiue correctōis ꝛ oleū pietatis multū deficiunt in plurib⁹ eccl̄e prelatis. ido subditur (cōfuse sunt agricole) id est predicatores doctores ꝛ sacramenta ministrātes (qꝛ perijt messis) scz bonorum operū ꝓpter eoꝝ defectum in vita ꝑiter ꝛ doctrina. ideo subdit̄ (vinea ɔfusa ē) id est eccl̄a (ꝛ ficus elanguit) id est deuotio religionis euanuit (malogranatuz ꝛ palma ꝛc̄) ꝑ istas arbores significātur ꝑsone diuerse in bono diminute. ido ɔcluditur (confusum est gaudiū a filijs hominum. Accingite vos ꝛc̄) Hic inducunt̄ ecclesie mistri ad emendaciōez vite per opera penitēcie cū dicit̄ (accingite vos ꝛ plāgite sacerdotes ꝛc̄) vt sitis alijs exempluz boni sicut fuistis occasio mali (qm̄ iterijt de domo dei vestri sacrificiū ꝛ libatō). i. eucaristie debita cōsecratio ꝑ indeuotōez vr̄am (sanctificate ieiuniū) per intencōez rectam ad deum ꝛ nō sicut ipocrite q̄ exterminā̄t facies suas vt appeāt homib⁹ ieiunātes vt dicit̄ Math. vi. (vocate cetū ꝛc̄) id est cōgregate subditos vr̄os in caritate (ꝛ clamate ad dn̄m) ꝑ deuotā oracōem (qꝛ ꝓpe est dies dn̄i) id est dies mortis in qua venit dn̄s ad ꝑticulare iudiciuz moriētis (nunq̄d nō corā oculis vr̄is alimenta ꝑierunt) scz sacre scripture ꝛ eucaristie perceptōe. q̄si diceret. sic nam i ecclesia ꝑmitiua fideles ɔmunicabant q̄tidie nunc autē vix semel in āno (cōputruerunt iumēta in stercore suo) Grego. Iumēta i suo stercore putrescere ē carnales homies in fetore luxurie vitaz finire (demollita sunt orrea ꝛc̄) id ē doctores ꝛ predicatores per malā vitam in quib⁹ tamē debent reponi victualia fideliū verbi ꝛ exempli. ido sequit̄ (quid ingemuit animal ꝛ mugierūt greges armenti) id est simplices fideles quare passi sunt detrimētū boni et subdit̄ respōsio (qꝛ nō est pascua eis) id est exemplū bonum vite ꝛ doctrine a suꝑioribus suis ꝓpter qd̄ ꝓpheta recurrit ad dn̄m di. (ad te domine clamabo) ꝛ subditur cā cum dicit̄ (quia ignis) auaricie ꝛ lasciuie (comedit speciosa) scz ecc̄e que sunt clerici ꝛ religiosi ꝛ per ɔsequēs alios. ideo subdit̄ (ꝛ flāma succendit omnia ligna regionis ꝛc̄) ꝛ quoniā hoc malum ꝓuenit a maiorib⁹. ideo sequit̄ (quoniā exiccati sunt fontes) id ē p̄lati doctores et p̄dicatores q̄ per indeuociōez sunt exiccati ꝛ sic nō intendūt fidelium saluti.

Capitulū. ij.

Canite tuba in syon) precedēs capitulū expositu̅z est mistice d̄ uastacōne ecc̄ie per culpā. ideo presens capitulū ɔsequēter exponendū ē mistice de eius expiatōe per penā qd̄ maxie fiet antichristi persecutōe que erit ad purgationē electoꝝ. sic ergo dicit̄ (canite tuba) scz predicatōis de qua d̄r ysa. lviij. q̄i tuba exalta vocē tuam (in syon) id ē in ecclesia. et quid sit p̄dicandum subdit̄ (q̄a venit dies domini) id ē pūiciōis eius per antixp̄m qui in dicta purgacōe erit ei⁹ instrumētum. nam de⁹ ita potēs est ꝛ bon⁹ q̄ hominū malis voluntatib⁹ vtit̄ ad bonū vt seuicia tirānoꝝ ad gloriā martirū (quasi mane expassuz ꝛc̄) quod velocit̄ videtur ab oriēte in occidentez ꝛ sic erit aduentus exercit⁹ antixp̄i (similis ei nō fuit) qꝛ nunq̄ꝫ talis ꝑsecutio fuit (ante faciez eius ignis vorās) hoc dicit̄ de p̄nuncijs antixp̄i (ꝛ post eum vrens flāma) nā pt⁹ antixp̄i mortē erit ignis ɔflagratiōis elementoꝝ (quasi ortus voluptatis terra coram eo ꝛc̄) nam status mundi erit valde delectabilis ante ꝑsecutōem antixp̄i r̄spectu tempis sue ꝑsecutōis oppositis enim iuxta se cōtrarijs maiora ꝛ minora vidētur. p̄. Elenchoꝝ (neqꝫ est qui effugiat eū) yꝑbole est quia pauci effugiēt ei⁹ manū (quasi aspectus equoꝝ ꝛc̄) nam antixp̄s ꝛ eius exercitus erunt valde terribiles in

aspectu (⁊ veloces in discursu sicut sonit⁹ flāme ignis deuorātis stipulā ⁊c̄) qꝛ sicut stipula nō potest resistere flāme. sic nec fideles anticristi violēcie ꝑ corꝑalē defensionē. sed tantū ꝑ paciencie ꝟtutem (viri i vijs suis gradientur ⁊c̄) qꝛ satellites anticristi i mal' suis ꝓsꝑabunt̄. sed qm̄ pena cōmiata aliqñ ꝑ penitēciam tollit̄ vl' minuitur iō subdit̄ (nūc ergo i toto corde vestro ꝯuertimi ad me dic̄ domi⁹ ⁊c̄) ⁊ quoniā dñs post tempestatē tranquillū facit. ⁊ post lacrimacionē ⁊ fletū gaudiuꝫ et exultacionē ifundit. vt d̄r thobie. iij. ideo finita tribulacōe antixp̄i. vl' cui⁹ libꝫ alterius tyrāni ꝑsequētis ecc̄aꝫ potest dici qd̄ postea subdit̄ (zelatus est dñs t̄raꝫ suā.) .i. ecc̄aꝫ (⁊ peꝑcit ꝓpl'o suo) nam citra cōdignū est ei⁹ punicō (⁊ dixit ꝓpl'o suo ecce ego mittā vobis frumētū ⁊ vinū ⁊c̄) ꝑ q̄ significātur d̄ine ꝯsolacōes que dātur fidelib⁹ post ꝑsecucōes (⁊ nō dabo vos vltra opprobriū) qd̄ verū ē simplicit̄. de ꝑsecucōe antixp̄i futura. qꝛ post illā nō erit alia (⁊ eū qui ab aq̄lone ē ⁊c̄) .i. diabolū ꝟm illud Jeremie. i. Ab aquilone pādet̄ omne malum vel ꝑ hoc intelligitur antixp̄us in quo erit diabolus (ꝓcul faciam a vobis eos) in infernum retrudēdo (faciem eius contra mare orientale) quod est mare mortuū ꝓpter quod significat infernum (⁊ ascendet fetor eius ⁊c̄) id est ipsi⁹ antixp̄i ⁊ exercitus sui qui ꝑ magna parte cum ipso antixp̄o fulminabit̄ ⁊ corꝑa fulminata horribiliter fetent (exulta ⁊ letare) tu eccl'a (nolite timere anīalia regionis) id est vos simplices xp̄iani (qꝛ germinauerunt speciosa) id ē clerici (⁊ filij syon exultate) id ē vos filij eccl'e (quia dedit vobis doctorem iusticie) scꝫ heliam ⁊ enoch (⁊ descendere faciet ad vos ymbrem) id est doctrinam salutiferā (sicut a principio) scꝫ eccl'e quo tempe vigebat predicacō apostoloꝝ (⁊ reddam vobis annos quos comedit locusta) quia post mortem antichristi dabit̄ tempus penitendi deceptis ab ipso (⁊ non ꝯfundetur popul⁹ me⁹ in sempiternū) nam antichristi ꝑsecucō erit vltima (⁊ erit. post hec effundam spiritū meum sup omnē carnem) nam antixp̄o mortuo omnes gentes conuertentur ad christum (⁊ dabo ꝓdigia in celo ⁊ in terra ⁊c̄) scꝫ in aduentu christi ad iudicium venientis.

Capitu. terciū.

Quia ecce in diebus illis ⁊c̄) In hꝫ capitulo ponitur ꝓcessus iudicij finalis in quo nō occurrit mihi alia exposicio conueniens q̄ꝫ litteralis iō ꝑtranseo.

Explicit Joel. ꝓpheta.

Incipit Amos.

Verba amos ⁊c̄) sequitur (sup tribus sceleribus damasci) Per damascū qui interpretat̄ bibens sanguinem. significatur oppressor innocentuꝫ. quia manducat ⁊ bibit sanguinē ipsorum. ꝑ tria ⁊ quatuor scelera que faciunt septem significatur vniuersitas viciorum. sicut dicit Grego. omel'. xxv. Septem ergo demonia maria habuit que vniuersis vicijs plena fuit. ⁊ sic oppressor innocentū dicitur plenus omnib⁹ vicijs id est multis (non ꝯuertam eum) quia talis q̄ꝫtum est de se indignus est misericordia dei. licꝫ de⁹ aliqñ ꝯuertat eum ex gracia speciali (eo ꝙ triturauerit in plaustris ferreis) id est nimis crudeliter tractauerit (galaad) id est communitatem innocentū Interpretatur enim galaad aceru⁹ testimonij ꝑ innocentibus vero contra oppressores eorum est aceru⁹ magnus testimoniorum in sacra scriptura ⁊ dictis sanctorum (⁊ mittam ignem in domum azael) Per azael qui rex erat damasci intelligit̄ principalis inter oppressores innocentuꝫ ⁊ ꝑ domum eius. ei⁹ satellites in opprimēdo innocentes ⁊ ꝑ (benadab) qui fuit filius ei⁹ oppressoris imitatores omnes istos deuorabit ignis gehēne ⁊ ꝯsimiles (⁊ cōteram vectem damasci) .i. fortitudinem oppress.

oppressoris innocentum temꝑalez (ꝛ dis
ꝑdam habitatorem de campo ydoli) id ē
de possessione oppressoris dicti qui tanq̄
ydoluz colitur a satellitibus suis (ꝛ tenē/
tem sceptrum) id est dominiuz (de domo
voluptatis) id est domo oppressiōis in
qua deliciose viuitur de bonis alienis. vn
de cōmuniter dicitur de vino precioso qd̄
est vinum p̄donum (ꝛ transferetur popu/
lꝰ syrie cirenē) Per syriā que sublimitas
interpretat̄ suꝑbia significatur. cirene ve
ro interp̄tatur hereditas. De suꝑbo vēo
dicit̄ Eccl̄a. xix. Putredo ꝛ vermes here
ditabunt illum. igitur populꝰ syrie trāsfer
tur cirenem quādo suꝑbus moritur ꝛ tra
ditur vermibus corrodēdus. (Suꝑ tribꝰ
sceleribꝰ gaze et suꝑ quatuor nō conuer/
tam ꝛc̄.) exponatur sicut in ꝑte preceden/
ti. ꝑ ciuitates philistinorū hic expressas.
ad literam significātur eorum habitato/
res qui iudeos fugientes a facie caldeo/
rum vendiderunt ydumeis cum tamē de
buissent eis dare patrociniū. Moralit̄
autē per istos philisteos significantur illi
qui recipiūt ad religionē fugientes de se/
culo ꝓpter incentiua viciorū ꝛ tamen fa/
ciunt eos peioēs q̄ ante quod fit aliquā
do per nimiū rigorez qui facit eos aposta
tare ꝛ significatur ꝑ (gazam) que interp̄
tatur robusta. aliquādo vero per nimiaz
relaxacionē ad carnalia ꝛ significat̄ per (
acharon) que interp̄tatur pascua. aliquā
do vero malis exemplis suꝑioꝝ ꝛ signifi/
catur ꝑ (aschalonē) que interp̄tat̄ ignis
infamis. aliquādo vero inordinato zelo.
ꝛ significat̄ ꝑ (azotum) que interp̄tatur
ignis patruelis mei ꝓpter quod penā do
minꝰ istis ciuitatibus cōminatur. (Suꝑ
tribus sceleribꝰ tiri ꝛc̄) hoc exponat̄ vt su
pra sciendū ꝙ tiri eādem crudelitatē fece
runt ad litteram fugitiuis de isrl̄ ad eos.
ꝓpter quod eādem penam meruerūt cuz
philisteis ꝛ eadē est moralitas que ponit̄
precedēti ꝑte sed additur suꝑ maliciā phi
listinoꝝ qd̄ sequit̄ (ꝛ non sint recordati fe
deris fratrū) id est caritatis fraterne i be
ne regendo ꝛ nutriēdo fugientes ad eos
de seculo. (Suꝑ tribꝰ sceleribus edom)
exponatur vt supra Edom autem sangui
neus interpretat̄ ꝓpter quod detractorez

significat qui pascitur animaꝝ sanguine
quas gladio lingue necat Psalmo. lvi. li
gua eorum gladius acutus. ideo subdit̄ (
eo ꝙ ꝑsecutus sit in gladio fratrē suum)
id est ꝓximuz (ꝛ tenuerit vltra furorez su
um) quia taliū ira non quietat̄ q̄diu vix/
erint ꝓpter quod est ira demonis ꝛ nō ho
minis. (Suꝑ tribus sceleribus filiorum
amon ꝛc̄) exponat̄ vt supra. ꝑ amon q̄ in
terpretat̄ populus meꝰ significātur cleri
ci ꝛ religiosi qui sunt vnꝰ populus inquā
tum clericatꝰ diuiditur cōtra laicatū (eo
ꝙ dissecuerint pregnātes galaad) ꝑ q̄s
significantur pauperes religiosi ꝑati fru
ctificare in ecclesia dei. ꝫ clerici ꝛ diuites
religiosi mali dissecant eos impedientes
p̄dicationem eoruz ꝛ cōsilia confessionū
(ad dilatandū terminū suuz) id est famā
suam principatum vel questum (ꝛ succē/
dam ignem) scz gehēne (in muro rabbe)
.i. suꝑbie eorum. nam rabba magna int̄/
pretat̄ (in die belli) id est finalis iudicij in
quo dominꝰ pugnabit contra suꝑbos (ꝛ
ibit melcon in captiuitatez) per melcon q̄
rex eorum interp̄tat̄ diabolꝰ significatur
De quo dicit̄ Job. xij. Ipse est rex suꝑ om
nes filios suꝑbie in captiuitatē scz infer/
ni. nam data sentencia finalis iudicij cuz
angelis suis ꝛ alijs damnatis in inferno
retrudetur.

Capitulū. ij.

Hec dicit dominꝰ suꝑ tribus scele
ribus moab ꝛc̄) exponatur sicut
capitulo precedēti q̄tum ad tria
ꝛ quatuor scelera (eo ꝙ incendēit ossa re
gis ydumee) per moab q̄ ex p̄re iterp̄tat̄
quilibz blasphemus significatur. Unde
blasphemis dicitur Jo. viij. Vos ex p̄re
diabolo estis. per regem ydumee potest i
telligi christꝰ qui est rex omnis terre. per
ossa vero xp̄i intelligitur fortitudo sue di
uinitatis quā impugnāt blasphēi ꝛ maxi
me iudei sarraceni ꝛ heretici mlti (ꝛ mit
tam ignem in moab ꝛ deuorabit edes ca
rioth) que sonat opida per que significā/
tur hereticorū conuenticula (ꝛ morietur
in sonitu moab) id est in sonitu belli spū/
um malignorum contra ipsum (ꝛ disper
dam iudicem ꝛc̄) id est heresiarchā ꝛ dis/
cipulos eius. (Super tribus sceleribus

iuda ꝛc̄) Per iudā qui cōfitens interp̄tat̄ quilibꝫ ypocrita significat̄ qui cōfitetur se nosse deum factis autē negat (eo ꝙ abiecerit legem dn̄i ꝛc̄) ypocrita ei abiecit legem dn̄i ꝑ suas fictōes falsas (decepunt ei eos ydola sua) scꝫ ambicio ⁊ auaricia ꝓpt̄ que fingit ipocrita (post que abierūt patres eoꝝ) scꝫ ꝓphe. falsi ⁊ pseudo apl̄i (⁊ mittā ignē in iuda ⁊c̄.) nam ignis gehēne deuorabit ypocritas ⁊ sequaces eorū (Sup̄ trib⁹ scel̄ib⁹ isrl̄) per isrl̄ qui deum videns iterp̄tatur. cler⁹ generalit̄ significat̄. ⁊ sicut ꝓpl̄s isrl̄ coluit vitulos aureos vt habet̄. iij Re. ⁊. e. sic mō cler⁹ pro magna ꝑte. nam ꝑ vitulū significat̄ carnis petulācia ⁊ ꝑ aurū auaricia quib⁹ vicijs multi de clericis sunt itenti ita ꝙ ꝓpter suā auariciā frequēter subuertunt iusticiā. iō subdit̄ (ꝓ eo ꝙ vēdiderit argēto iustum). i. iusticiā eam in iudicō ꝑuertendo ex allegacōne falsa ⁊ inclinacōne mala iudicū cupidorum (⁊ pauꝑem ꝓ calciamentis) id est ꝓ re modica pauꝑem cōdemnātes (⁊ viam humiliū declināt) q̄a faciunt eos declinare a strata publica ꝓpter magnitudinē ⁊ multitudinē equorū suorum ⁊ famulorū (⁊ filius ac pater ierūt ad puellam) id est sacerdos ⁊ cleric⁹ declinauerūt ad luxuriā (vt violarēt nomē sanctum meū) mirātur eni aliqn̄ laici ⁊ scandalisant̄ de hoc ꝙ domin⁹ ꝑmittit sibi seruiri a talib⁹ ministris in altari (⁊ sup̄ vestimentis pignoratis accubuerūt) sunt ei aliqui sacerdotes intātū cupidi ꝙ a pauꝑibus sibi satisfacere nō potentibus accipiūt ab eis vestimēta necessaria ꝓ pignore cum gratis eis deberēt remittere (ego autē) hic iuxta cleri maliciā ponūtur dei beneficia clericis collata vt opposita iuxta se posita magis elucescāt ⁊ p̄mo ponit̄ vnū beneficium ꝯmune omniū cum d̄r (ego āt ext̄minaui amorreū ꝛc̄) amorre⁹ interp̄tatur amare loquēs. Ideo significat diabolū amaritudinē pcti homib⁹ persuadentē. ipse est eciā fortis ꝑ potēciam ⁊ altus ꝑ sup̄biam. tamē exterminat⁹ fuit ꝑ xp̄i mortē. ⁊ subditur bn̄ficiū speciale clericorum cū dicit̄ (ego sum qui ascendere vos feci) de statu laicali tenebroso ꝑ ignoranciam ad clericalem dignitatem ⁊ sciēciam (⁊ eduxi vos in deserto quadraginta annis) ꝑ numerū quadragenarium significatur ꝑfectio penitencie que debꝫ esse in ministris eccl̄e (vt possideretis terrā amorrei) id est celum empirreū a quo deus deiecit diabolum ꝑ amorreum significatum vt predictum est (Et suscitaui de filijs vestris ꝓphetas) id ē predicatores (Et de iuuenibus vestris nazareos) id ē r̄ligiosos (nunquid non ē ita) quasi dicerꝫ. sic ē manifestuꝫ quod non potest negari. nā patet omnib⁹ ꝙ de clero multi facti sunt predicatores ⁊ multi religiosi (⁊ ꝓpinabatis nazareis vinum) id ē religiosos inducebatis ad vota sua transgrediendū sicut faciunt aliquādo mali clerici (⁊ prophetis mandabatis. d. ne ꝓphetetis) nā aliquando prelati duri ac sacerdotes curati predicatores paupes impediunt ab actu predicandi. Et subditur pena delicti cuꝫ dicitur (ecce ego stridebo sup̄ vos ꝛc̄.) id ē grauiter puniam (⁊ peribit fuga a veloce ꝛc̄) quia nullus dei punicōnem potest effugere ꝑ velocitatem vel fortitudinem seu ꝑ armorum defensionez vel equi fortitudinē seu ꝑ animositatem vel quemcunqꝫ modum alium siue viam.

Capitu. terciū.

Audite verbuꝫ quod locutus est domin⁹ sup̄ vos filij israel) In fine precedentis capituli ostensuꝫ est ꝙ punicio clericorum malorum ē ineuitabilis. hic ostendit̄ ꝙ est racōnabilis. ⁊ hoc ꝓpter maiorem ingratitudinē eoꝝ de beneficijs diuis cū dicit̄ in ꝑsona dn̄i (tm̄modo vos cognoui). i. ad mihi ministrandū vos elegi. idcirco (visitabo super vos omnes iniquitates vr̄ās) ita ꝙ nihil remāebit impunitū (nūquid ambulabūt piter duo nisi eis ꝯuenerit) quasi diceret sic cler⁹ mal⁹ nō pōt cū deo ambulare q̄a nō ꝯformat̄ volūtati diuie (nūquid rugiet leo i saltu ꝛc̄) totū istud ponit̄ ꝓpt̄ illud qd̄ postea subdit̄ (rugiet leo q̄s nō timebit) ꝑ leonē xp̄s significat̄. De quo dicit̄ Apoca. Vicit leo de tribu iuda. ipse vero terribiliter rugiet in finali iudicō ⁊ iste rugitus ē valde timend⁹ ⁊ specialit̄ clericis pctōribus quib⁹ ꝑ scripturas ꝓphetaruꝫ est nunciatus. Ideo subdit̄ (domin⁹ de⁹ locut⁹

locutus est quis non prophetabit.) Pro/
phete enim fuerunt organa diuina ⁊ ideo
spiritusancto inspirati nō poterant ñ loq̄
sicut nec organa materialia possūt retinē
sonū cū fuerint insufflata (Auditū facite
) hic ostendit̄ punicō malorū clericoꝝ ra
tionabilis in respectu. culpe laical. cū dr̄ (
auditū facite in edib⁹ azoti) q̄ interp̄tat̄ i
cendiū (et in edibus egypti) que interp̄ta
tur tenebra. ꝓpter qd̄ per istas edes signi
ficatur conuersacō laicorum qui carent
luce sciencie ⁊ cōmuniter incensi sunt ig/
ne cupiditatis ⁊ luxurie. ꝫ multo plus in
censi sunt mali clerici. ideo sequit̄ (cōgre/
gamini sup̄ montes samarie) ꝑ quos sig
nificant̄ eccl̄e p̄lati eo ꝙ samaria interp̄
tatur custodia domini (⁊ videte insanias
multas) quas faciūt mali p̄lati ⁊ eorum
clerici. ⁊ subdit̄ pena cum dr̄ (tribulabit̄
⁊ circuiet̄ terra). i. eorū cupiditas terrēa
tribulabitur inferni pena. qꝛ tamē aliqui
sunt boni. subdit̄ (quomō si eruat pastor
de ore leonis). i. diaboli. sicut dicit̄ p̄. Pe
tri quinto. Aduersari⁹ vester diabol⁹ tan
q̄ꝫ leo rugiens circuit querens quē deuo/
ret. De cui⁹ ore eruunt̄ boni prelati ⁊ clēi
ci. qualiter āt eruātur ostendit̄ cū subdit̄
(in plaga lectuli) id est in regione lectuli.
ꝑ quā significat̄ quies cōtemplacōnis (⁊
in damasci grabato.) ꝑ quod intelligitur
eucaristie deuota sumptio. eo ꝙ damas/
cus interp̄tatur victus. illi nāqꝫ eruūtur
de demonis ore qui vacāt ꝯtemplacōni
⁊ eucaristie sumptōni deuote.

Capitu. quartū

Audite verbum hoc Vacce pin
gues ⁊c̄) hic amos ꝓphetat con/
tra vxores principū samarie. per
quas significantur clericoꝝ beneficiato/
rum focarie que volunt delicate nutriri ⁊
p̄ciose ornari de bonis eccl̄e. Ideo sequit̄
(que dicitis domis vestris) id est amasijs
vestris (afferte ⁊ bibem⁹) id est laute vi/
uem⁹ ⁊ ad satisfaciendū eis ꝑ malos cle
ricos grauatur ꝓpl's subiectus Ideo seq̄t̄
(que calumniā facitis egenis ⁊c̄) ⁊ sbdit̄
pena cum dicit̄ (⁊ leuabunt vos in cōtis
) id est baculis. ꝑ quos significātur pene
temꝑales quas incurrunt aliquādo pro
malis suis (⁊ reliquias vestras) id est ani
mas a corꝑibus exutas. (in ollis feruen/
tibus) id est penis gehennalibus. (⁊ exi/
bitis de vita p̄senti ꝑ apturas) id est per
dissolucōnes armonie corꝑalis (⁊ ꝓijcie
mini i armon) qui interp̄tatur aceru⁹ tri
sticie ꝓpter quod significat penam gehē/
ne. (Venite ad bethel) hic ponitur dicte
punicōnis duplex causa. Vna est pecca/
torum cōtinuacio. Ideo subdit̄ (⁊ impie
agite). id ē agetis (⁊ ad galgalam ⁊c̄.)
ibi autez exercebatur ydolatria. ideo sig
gnificat auariciā que dicitur ydolorum
seruitus Eph̄. v. Alia causa est obstinatō
cum dicit̄ (dedi vobis stuporem denciuz
⁊c̄) id famē acutā et non estis reuersi ad
me. nam afflictio nō dedit vobis intellc̄z
quod est obstinacōnis magne signum et
idem significatur ꝑ alias pēas que sequū
tur cum dicit̄ (ego quoqꝫ ꝓhibui a vobis
ymbrem ⁊c̄) vsqꝫ ibi (postq̄ꝫ autē fecero ti
bi hoc p̄parare in occursum dei tui ⁊c̄.)
Nam in p̄senti peccatores possunt ad de/
um reuerti ⁊ ꝑ multiplices penas que ip
sis inferūtur aliquādo reuertūtur.

Capitu. quintū.

Audite verbum istud ⁊c̄) Per plā
ctū quē domin⁹ leuat sup̄ casum
dom⁹ isrl̄ significat̄ casus militā
tis eccl̄e plangend⁹ que notabiliter decli
nauit a ꝑfectione patrum tam in ꝓpl'o q̄ꝫ
in clero ⁊ maxime plangend⁹ est. q̄a non
apparet remediū r̄leuacōnis ad p̄mū sta
tum Ideo dicit̄ (non adijciet vt resurgat.
⁊c̄) vnde adhuc subdit̄ (Vrbs vnde egre
diebātur mille ⁊c̄) id est regnum vel dioce
sis vel religio aliqua de quib⁹ erant mille
bellatores contra demones ⁊ vicia pau/
ci valde inueniūtur respectiue. ꝫ qm̄ emē
dacio non est simpliciter impossibilis. sb
ditur (Querite me ⁊ inuenietis) vita gra
cie (⁊ nolite querere bethel ⁊c̄.) In hijs
autem locis exercebatur ydolatria ꝓpter
quod significant mala loca vt ꝓstibula.
tabernas ⁊ alia in quib⁹ exercentur vilia
que sunt a fidelibus euitanda (ne forte ꝯ
buratur domus ioseph) id est ecclesia vel
mens humana que est domus christi per
Joseph significati (qui conuertitis.) hic

tangitur casus ecclesie magis in speciali
⁊ p̄mo q̄ntum ad maiores quibus dicit̄
(qui cōuertitis in absinthiū iudiciū) pau
peres iniuste condemnando (⁊ iusticiam
in terra relinquitis) eam ꝓpter munera
diuitum omittendo (facientem arcturuz
⁊ orionem) constellationes sūt ideo signi
ficant bonos prelatos ecclesie Apoca. i.
Stelle septem angeli sunt septez ecclesia
rum .i. episcopi earum (⁊ conuertentem
i mane tenebras) illuminādo sua gratia
peccatores scz matheum ⁊ paulum ⁊ ali
os plures (⁊ diem in noctē) ɔtrarium per
mittendo iudicio suo nobis occulto (.qui
vocat aquas maris) id ē homines de sal/
sedine cupiditatis terrene ad celestis dul
cedinis degustationem eleuando (⁊ effū/
dit eas) per pluuiam salutifere doctrine
ꝓplm docendo (qui subridet vastitatez sr̄
robustum) .i. dyabolum de quo dicit̄ iob
xli. Nō est potestas super terrā que ei ɔ
paret̄ d̄ spoliatiōe vero eius gaudet deꝰ
(Odio habuerunt corripientē in porta ꝛc̄
) hic scd̄o describit̄ casus ecclesie q̄ntū ad
minores qui rebellāt veritati facte per iu/
dicē vel dicte per p̄dicatorem iō subditur
(⁊ loquentē perfecte ꝛc̄) sed quia i istis sūt
aliq̄ potēciores ⁊ astutiores alijs domos
⁊ hereditates aliorum iniq̄ subtrahētes
de quibus subditur (idcirco pro eo q̄ diri
piebatis pauperē ꝛc̄) ⁊ subditur pena (do
mos quadro lapide edificabitis) cum sū
ptibus magnis (⁊ non habitabitis in eis
) quia scriptum est Isa. xxxiij. Ve qui pre
daris nōne ⁊ ipe p̄daueris Aliter potest
exponi de doctore vano qui edificat eccle
siam ⁊ non habitat in ea per gratiam Eo
dē modo exponatur qd̄ subditur (vineas
amātissimas ⁊c̄) ⁊ subditur causa (quia
ego cognoui mlta scelēa vr̄a) .i. peccata
contra deum (⁊ forcia) .i. grauia (pecca
ta vr̄a) cōtra proximuz (hostes iusti) id
est iusticie quia ponitur hic iustuz neutra
liter (ideo prudens) prudencia mundana

qualis est iudex malus ⁊ aduocatus fal
sus (in tempore illo tacebit) scilicz iudicij
ideo premonet eos ad bonuz dicens (que
rite bonum ⁊c̄) ⁊ sequitur causa cum di
citur (si forte misereatur dominus deus
exercituuz reliquijs ioseph) id est peniten
tibus qui sunt r̄liquie cristi per Joseph si
gnificati ⁊ quia vere penitentes sunt pec
cata lugentes sequitur (in omnibus pla
teis planctus) q̄ntum ad ciues (et in cun
ctis qui foris sunt) q̄ntuz ad campestres
(⁊ vocabunt agricolam ad planctum.)
id est religiosos laborantes circa agrum
dominicū vt adiuuent eos suis oratiōibꝰ
ad deletionem suorum peccatorum. (Et
eos qui sciunt plangere) id est pauperes
qui ɔmuniter sunt in planctu dando eis
elemosinas scd̄m illud Danielis iiij. Pec
cata tua elemosinis redime et iniquitates
tuas in misericordijs pauperum (trāsibo
in medio tui) cordis compunctionez dā
do tibi (Ve desiderantibus diez domini
) hoc mistice potest exponi de primo aduē
tu cristi qui dicitur dies Roma. xiij. Nox
recessit dies autem appropinquauit hūc
autem diem iudei desiderauerunt et tam̄
in eius aduentu maiores per inuidiam ⁊
minores per maiorum deceptionez vt in
pluribus excecati fuerūt ⁊ sic dies domi
ni propter eorum maliciaz fuit eis ad dā
nationem ⁊ etiam ad destructionem tem
poralem ideo subditur (quo modo si fugi
at vir a facie leonis) iudei namq̄ rebella
uerunt romanis tempore neronis qui ꝓ
pter crudelitatem dicit̄ leo ij. Thimi. iij.
(Et occurat ei vrsus) per quam significa
tur vespasianus qui propter dictaz rebel
lionem venit contra iudeaz (⁊ innitatur
manu sua super parietem) scilicet templi.
ad qd̄ vltimo fugerunt iudei (⁊ mordeat
eū coluber) ꝑ quā significat̄ tytꝰ q̄ capto
tēplo iussit sacdotes occidi (odi ⁊ ꝓieci fe
stiuitates vr̄as) nā a tpe mortis cristi lega
lia fuer̄t mortua (aufer a via tumultum

carminum ꝛc̄).i.carmina leuitarum qui cessauerunt templo combusto(⁊ reuelabitur sibi aqua iudiciuꝫ)id est punicio iusta(abundans ⁊ magna)quia tunc iudi partim fuerunt occisi ⁊ ꝑtim captiuat (Nunquid hostias ⁊ sacrificiuꝫ obtulistis mihi in deserto.)id est in templo propter mortem christi ꝓphanato.quasi dicerꝫ n̄.(quadraginta annis)Tot eni anni a christi passione fuerunt vsqꝫ ad destructōem templi.⁊ cum hoc duo anni q̄ nō computantur ꝓpter paucitatem vltra numeruꝫ ꝑfectū(⁊ portastis tabernacula moloch)qui interpretatur rex.ideo ꝑ hoc significatur tributum quod reddebant cesari. De quo dixerunt Johānis.xix. Non habemus regem nisi cesarez(Sidus dei vestri rēpha .figuras quas fecistis vobis) quod potest exponi de quodam falso messia quē receꝑunt post destructōnem templi.de quo exponebant illud Numeri.xxiiij.Orietur stella ex iacob.ꝛc̄.(Et migrare vos faciam trans damascum)que interpretatur potus sanguinis.quia ptꝰ eorū occisionem ꝑ romanos reliqui fuerūt vēditi ⁊ ad diuersas orbis partes deducti.

Capitu.sextū.

